

Van de He. Bobb v. d. Soho.

COMMENTATIO CRITICA IN HERODOTI

LIBROS I ET II

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN



TRAJECTI AD RHENUM
APUD J. L. BEIJERS
MDCCCLXXXIII

oct.

7

W. oct.
1147

W. 8° 1147

COMMENTATIO CRITICA IN HERODOTUM


LUGD.-BAT., TYPIS: L. VAN NIFTERIK HZ.

COMMENTATIO CRITICA IN HERODOTI


LIBROS I ET II

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN



TRAJECTI AD RHENUM
APUD J. L. BEIJERS
MDCCCLXXXIII



Magna cum voluptate legi quae Cobetus ut solet docte, acute et diligenter in XI mo Mnemosynes volumine ad Herodotum adnotavit, et quidem eo maiore quod bona pars eorum quae ipse hucusque meum in usum collegeram et observaveram tanti critici *συνεμπτώσι* confirmatur. Cum procul a me absit tanta et immodestia et audacia ut quasi cum illo certans iam nunc quae in totum Herodoti opus animadvertis publici iuris faciam, statui nunc quidem observationes quasdam cum lectoribus communicare, quae legenti pertractatos a Cobeto libros sese obtulerunt, novam scripturus commen-tationem, simulatque ille opus suum absolverit, post messem ut par est spicilegium.

Faciam initium a cap. IV libri primi: *σφέας μὲν δὴ τὸν ἐκ τῆς Ἀσίης [λέγουσι Πέρσαι] ἀρπαζομενέων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσαθαι.* Quae verba seclusi praeter rationem veterumque consuetudinem addita in narratione, quae inde a prooemio auctores habet eosdem Persas, procul dubio redenda sunt ludimagistris, quibus eadem de causa Cobet p. 74 in loco I 24 tribuit λέγουσι in verbis καὶ τὸν μὲν ἀποπλέειν (-πλάνειν ubique requirit Dindorf) ἐξ Κόρινθου, τὸν δὲ δελφῖνα [λέγουσι] ὑπολαβόντα ἐξενεῖκαι ἐπὶ Ταίναρου.

I 7. ἦν Κανδαύλης, τὸν [οἱ] "Ελληνες Μυρσίλου οὐνομάζουσι, τύραννος Σαρδίων. In talibus Herodotus omittere solet articulum. Sic III 27 ὁ Ἀπις, τὸν "Ελληνες "Επαφον καλεῦσι, IX 20 Μασίσιος, -- τὸν "Ελληνες Μακίσιον καλέουσι, et alibi.

I 23. Περίανδρος δὲ ἦν Κυψέλου παῖς οὗτος ὁ τῷ Θρασυβούλῳ

τὸ χριστήριον μηνύσας, ἐτυράννευε δὲ [ὁ Περίκλειος dele] Κορίνθου. τῷ δὴ λέγουσι Κορίνθιοι — ἐν τῷ βίῳ θῶμα (l. θῶμα) μέγιστη παρατηναῖ, Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον ΕΠΙ δελφῖνος ἔξενειχθέντα ἐπὶ Ταίναρον. Et auri gratius propter sequens ἐπὶ et sententiae accommodatius videtur ΤΠΟ δελφῖνος, nam mox in cap. 24 legimus: τὸν δὲ δελφῖνα ὑπολαβόντα ἔξενεῖκαι ἐπὶ Ταίναρον.

I 26. ἄλλοισι ἄλλος αἰτίας ἐπιφέρων, τῶν μὲν ἐδύνατο μέζουνας παρευρίσκειν, μέζουνα ἐπαιτιεόμενος, τοῖς δὲ αὐτῶν καὶ φαῦλα [ἐπιφέρων]. Delendum esse ultimum participium et mente repetendum ἐπαιτιεόμενος clamat ipsa loci compositio per τῶν μὲν — τοῖς δέ. Num autem contra libros Schaefer recte rescriperit φλαῦρα pro φαῦλα, multum dubito. In Attica certe ambo adiectiva sic differunt, ut φαῦλος significet exilis, levis, facilis, futilis, εὐτελῆς, ῥᾳδίος, οὐδενὸς ἀξιος: φλαῦρος contra malus, πακός. Apud Herodotum quidem plerisque locis codices servant φλαῦρος, etiam ubi alteram notionem sententia postulat, quod inde factum esse suspicor, quod grammatici φλαῦρος Ionicum esse, φαῦλος Atticum iniuria sibi persuaserint.

I 34. τούτου δὴ ὡν τὸν "Ατυν σημαίνει τῷ Κροτῷ δὲ νείρος, ὡς ἀπολέει μιν αἰχμῇ σιδηρέῃ βληθέντα. A mittendi sensu numquam H. utitur verbo ἀπολύναι, sed summa constantia verbo quod est ἀποβάλλειν, velut III 119 extr., cum alterum semper ei sit perdere, pessum dare.

Hinc corrigere non dubito ὡς ἀπολέει μιν αἰχμῇ σιδηρέῃ, abieicto emblemate βληθέντα, quod adscriptum videtur ex cap. 43, ubi narratur somnii eventus: δὲ μὲν δὴ βληθεὶς τῇ αἰχμῇ ἔξεπλησε τοῦ δνείρου τὴν φύμην. De eodem somnio 38 init. scribitur: ὑπὸ γὰρ αἰχμῆς σιδηρέης ἀπολέεσθαι. Cf. 39 init.

I 34. ἀκόντια δὲ καὶ δοράτα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, τοῖσι χρέονται ἐς πόλεμον ἄνθρωποι. Immo δόρατα (vel potius δούρατα. Cf. Dindorfii comm. de dial. Her. p. XXXIV in ed. Didot. s. v. γόνυ); nam forma deminutiva, quae hic risum

movet, originem debet terminationi substantivi praecedentis.

I 32 extr. πολλοῖσι γὰρ δὴ ὑποδέξας ὅλβουν ὁ θεὸς προρρίζουσ
ἀνέτρεψε. Collatis locis VI 86 et 37 expectabam ἐξέτρεψε. Certius est id verbum restitutum oportere VII 129 extr., ubi editur κάκιστα πάντων ἀνθρώπων διατριβῆναι.

Iam Schweighäuser in lexico s. v. ἐκτρίβειν „videndum ne „cum nostro codice Pf. ἐκτριβῆναι sit legendum”. Rem certissimam reddit testimonium libris nostris longe antiquius, quod iuxta cum Schw. neglexit Stein, Hesychii dico, in cuius lexico legitur ex hoc ipso, ut opinor, loco: ἐκτριβῆναι
ἀπολιφθῆναι (ἀπαλειφθῆναι legerim) Φθαρῆναι.

I 38. πρὸς ὃν τὴν ὅψιν ταῦτην τὸν τε γάμουν τοι τοῦτον ἔσπευστα
καὶ ἐπὶ τὰ παραλαμβάνομενα οὐκ ἀποπέμπω. Neque de
suscipiendo negotio Graeci dicunt παραλαμβάνειν τι,
neque non expectatur hic a Croeso, utpote sollicito de filii
salute, verbum aliquod cui insit periculi notio. Tale autem
est παραβάλλεσθαι, quod ex re aleatoria sumtum usurpatur
de periculis adeundis, itaque punctum temporis non du-
bito quin codicis Florentini man. sec. et alii quidam malae
notae codices praebeant veram lectionem παραβάλλειν ενα,
sensu passivo accipiendum = παρακινδυνεύεινενα.

I 38 extr. τὸν γὰρ δὴ ἔτερον διεφθαρμένον [τὴν ἀκοὴν]
οὐκ εἶναι μοι λογίζομαι. Seclusi voces admodum mihi suspectas, quia supra cap. 34 initio scriptor satis habuit dicere τῶν οὔτε-
ρος μὲν διέφθαρτο, ἦν γὰρ δὴ κωφός (Cf. etiam III 155), quod Herodoto, ut apparet ex cap. 85, ubi bis vocatur ἄφωνος, non
surdus est, sed mutus. Non nego mutos saepe simul
surdos esse, sed parum probabile est Croesum hic minus
grave malum potius commemorasse quam multo gravius,
neque igitur me movet Hesychii glossa: κωφός· οὔτε λαλῶν
οὔτε ἀκούων. ἐννεός (l. ἐνεός), ἀσθενής. Vox venit producta vocali
a. κόπτω (tundo), ut κωφός a κύπτω, itaque prima eius notio
fuit (ob)tusus. Croesi filius si surdus mutus fuisset,

fieri non potuisset, ut umquam loqueretur. Quamquam fabulas populares talia parum curare non sum nescius.

I 46. *πρὶν μεγάλους γενέσθαι τοὺς Πέρσας*. Quicumque diligenter Herodotum perlegerit, animadvertiset, ratione habita ingentis locorum numeri ubi *πρὶν* ἡ cum Infinitivo iunctum occurrit, ita raro reperiri nudum *πρὶν*, ut valde probabile sit, paucis illis locis voculam ἡ a librariis perperam omissam esse. Itaque I 76 legerim *πρὶν δ'* ἡ (pro δὲ) ἐξελαύνειν ὄρμησαι τὸν σρατόν. IV 93 *πρὶν δ'* ἡ (pro δὲ) ἀπικέσθαι ἐπὶ τὸν "Ισρον. VIII 144 extr. *πρὶν ἀν <ἢ> παρεῖναι ἐκεῖνον*. IV 180 *πρὶν δ' <ἢ> ἀνεῖναι αὐτὰς μάχεσθαι*. VI 109 *πρὶν <ἢ> τι καὶ σαθρὸν — ἐγγενέσθαι*. VI 119 *πρὶν μὲν <ἢ> αἰχμαλώτους γενέσθαι*. IX 9 *πρὶν <ἢ> τι ἄλλο Ἀθηναίοις δόξαι*. IV 179 *πρὶν δ'* ἡ (pro δὲ) κατιδέσθαι. Interdum variant libri velut IX 13 *πρὶν μέν νυν ἡ πυθέσθαι*, ubi ἡ male omittunt PR. Ne forte putas ἡ interpositis aliis particulis recte abesse, vide v. c. VIII 12 *πρὶν γὰρ ἡ καὶ ἀναπνεῦσαι* et IV 167 *πρὶν δὲ ἡ ἀποσεῖλαι τὴν σρατινήν*.

I 50. *Λυδοῖσι τε [πᾶσι deleverim] προεῖπε πάντα τινὰ αὐτῶν θύειν — τούτῳ δτι ἔχοι ἔκαστος*. Speciosius quam verius Stein (ap. Weidmannum, cuius tres editiones, in quibus multa melius constituit quam in ed. critica, Cobetus ignorare videtur) hanc lectionem pro *τοῦτο*, quod recte exhibit cod. Med., tuetur usu verbi Latini facere cum Abl., quod verbum licet ut Graeca ῥέζειν et ἔρδειν subinde mactandi sensu ponatur, natura tamen a verbo θύειν toto coelo diversum est. Accedit quod H. scribens *τούτῳ* pro δτι dedisset δτεω. Mira autem inconstantia idem Stein infra I 216 extr. edidit φ θύουσι ἵππους, licet bonus codex habeat ἵπποισι.

I 56. *μετὰ δὲ ταῦτα ἐφρόντιζε*. Herodotus, qualis ad nostram pervenit aetatem, promiscue sine ullo aut sententiae aut usus discrimine adhibuit tam plenam formulam *μετὰ δὲ ταῦτα* (*τοῦτο*) quam ellipticam, quae ei propria est, *μετὰ δέ*.

Plena formula μετὰ δὲ ταῦτα tradita est I 2 bis. 50. 56. 211. II 122 init. III 17. 24. 66. 139. VI 8 init. 27. 74. 76. 81. VII 33. 107. 134. 178. IX 15. 17. 28. Accedunt loci ubi est μετὰ δὲ τοῦτο hi: I 85 extr. IV 121 48. VII. 45. 219. VIII 121. Longe longeque saepius servata est formula elliptica: I 11. 22. 61 (bis) 65. 86. 102. 128. 134. 142. 163. 171. 179. 196. 214. II 86. 111 (bis) 124. 125. 131. 141. III 11. 54. 75. 128. 130. 133. 142. 155. IV 3. 14. 43. 78, 114 init. 139. 150. 156. 160. 184. V 16. 17. 21. 24. 28. 37. 40. 46. 52. 56. 57. 72. 75. 103. 105. 121. VI 4. 11. 38. 62. 70. 97. 103. 110. 120. 125. 126. 128. 129 (bis) 134. VII 12. 19. 40 (bis) 41. 55. 100. 148. 206. VIII 46. 67. 113. IX 35. Itaque, si satis diligenter haec collegi, (facile enim unus et alter locus inter legendum me fallere potuit) viginti novem locis legitur formula plena et Attica, octoginta quinque formula elliptica Ionica et Herodotea, quam si quis ubique Herodoto reddendam esse censuerit, me quidem non habebit dissentientem. Tanta enim interpretandi et supplendi occasione ludimastros non etiam largius usos esse iure mirabimur.

I 59. Τούτων δὴ τῶν ἑθνέων τὸ μὲν Ἀττικὸν κατεχόμενόν τε ΚΑΙ διεσπασμένον ἐπυνθάνετο ὁ Κροῖσος ὑπὸ Πεισιράτου — τοῦτον τὸν χρόνον τυραννεύοντος Ἀθηναίων. Locum pessime habitum, duce sequenti narratione, sic corrigo: τὸ μὲν Ἀττικὸν κατεχόμενον, τέως διεσπασμένον, ἐπυνθάνετο ὑπὸ Π., nisi forte putas simul transponendum esse. τ. μ. Ἀ., τέως διεσπασμένον, κατεχόμενον ἐ. ὁ Κ. ὁ. Π. Ut confundi solent a libraris voculae ὡς et καὶ, ita mirandum non est ΤΕΩC, male divisum in τε ὡς, peperisse τε καὶ.

I 59 extr. ξύλων γὰρ κορύνας ἔχοντες εἴποντό οἱ ὅπισθε. Cobet p. 132 ad II 63 ξύλων κορύνας ἔχοντες. „Vitiosum est ξύλων „pro ξυλίνας. Veram lectionem dabit R. ἐκ ξύλων κορύνας. „Hinc emendaverim l 59. <ἐκ> ξύλων.” Fieri potest ut

credam, si vir praeclarus mihi indicaverit quid faciendum sit
loco Aristophaneo Av. 672

φύγχος (*βάθμος* Mein.) δέ βελίσκοιν ἔχει

ubi metrum pertinaciter tuetur omissam praepositionem. Praeterea considerandi sunt hi loci Herodotei: VII 2 ὁσπαλα
ξύλων τετυλωμένα σιδήρῳ. II 125 μηχανῆσι ξύλων βραχέων
πεποιημένησι. V 85 ὡς σφετέρων ξύλων ἐόντα (τὰ ἀγάλ-
ματα). IX 97 ἔρκος καὶ λιθῶν καὶ ξύλων. I 93 κρηπὶς —
λιθῶν μεγάλων. Prapositio additur I 194 οὐκ ἐκ ξύλων
ποιεῦντα τὰ πλοῖα, ἀλλ' ἐκ διφθερέων et II 96 πλοῖα ἐκ τῆς
ἀνάνθης ποιεύμενα, (ubi propter articulum sane praepositio
abesse non potest) atque ibidem ἐκ μυρίκης πεποιημένη θύρη. Cum
autem sequiorum sermo genetivum materiei qui dicitur fere
aboleverit, librarios propensiores fuisse putas ad praepositio-
nem de suo addendam quam ad tollendam, ubi antiqua
exemplaria obtulerint.

I 61. *Ιππιέω δὲ γνώμῃ νικήσαντος.* Cobet probat nonnullorum
librorum lectionem *γνώμην*, quae mihi potius deberi
videtur librariis usum Herodoti ignorantibus. Namque praeter
duos locos II 84 et IX 42, quae ipsi scrupulum iniecerunt,
VII 237 et IX 132 legitur quod ad amussim opponitur,
γνώμη ἐστοῦσθαι, qui loci non effugerunt Steinii diligentiam.

I 66, 1. *εὐθηνήθησαν.* Aliorum librorum lectiones εὐθε-
νήθησαν recte praefert Cobet, et Dindorf dudum sic edidit.
Sed suspitione non carere mihi videtur forma passiva pro
εὐθένησαν. In Rheso Euripideo vs. 290 ante hos novem
annos (in Verslagen en Mededeelingen der K. Acad. 1874, IV 1 81 sq.) correxi:

οὐ χρὴν γεγωνεῖν σ' εὐθενοῦντα ποιμνία
pro εὐτυχοῦντα, cl. Aesch. Eum. 942, quod ignorans Cobet
nunc eandem proponit emendationem. Nuperrime autem
(Lect. Rhenotraiect. p. 5) cum versos depravatissimos
ex Hymno Hom. in Tellurem 9 sq.:

Βρίθει μέν σφιν ἄρουρα Φερέσβιος ἡδὲ κατ' ἀγροὺς
κτήνεσιν εύθηνεῖ, οἶκος δ' ἐμπίμπλαται ἐσθλῶν

sic tentarem:

Βρίθει μ. σ. α. Φ. ἡδέῃ καρπῷ,
κτήνεα δ' εύθηνεῖ κτέ.,

neglexi simul corrigere:

κτήνεα δ' εύθενέει, οἶκος δ' ἐμπίμπλαται ἐσθλῶν.

I 67. In oraculo dato Lacedaemoniis de Orestis cadavere Tegeae sepulto duo ultimi versus:

ἔνθ' Ἀγαμεμνονίδην κατέχει Φυσκόος αἴδη.

τὸν σὺ κομιστάμενος Τεγέης ἐπιτάρροθος ἔσση.

qui sanam interpretationem non admittunt, incidi, ut post mihi apparuit, in eandem coniecturam cum Pauvio optime olim corrigenti:

ἐπιτάρροθον ἔξεισ.

i. e. quo ablato Tegeae adiutorem (ipse) tenebis, scil. eum cuius praesidio hucusque salva fuit Tegea. Namque, ut est 68 extr. ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου, ὅκας ἐπειρέοντι (l. πειράτῳ) ἀλλήλων, πολλῷ κακυπέρτεροι ἐγίνοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι. Ceterum iam antiquitus eos versus depravatos esse testatur Diodorus in Excerpt. Vat. p. 28.

Utar hac occasione ut alia quaedam oracula Herodotea non satis integre servata tentem. In responso dato Milesiis (VI 19):

καὶ τότε δῆ, Μίλητε, κακῶν ἐπιμήχανε ἔργων,

ΠΟΛΛΟΙCIN δεῖπνόν τε καὶ ἀγλαὰ δῶρα γενήση κτέ.

numquam intelligere potui, ut hodie scribitur, versum secundum, qui ita demum offensione careret, si Persae, ad quos illud πολλοῖσιν refertur, forent ἀνθρωποφάγοι. Nisi vero fallit me opinio, Pythia olim cecinerat:

καὶ τότε δῆ, Μίλητε, κακῶν ἐπιμήχανε ἔργων,

ΟΠΝΙCIN δεῖπνόν τε καὶ ἀγλαὰ δῶρα γενήση,

σαὶ δ' ἄλοχοι πολλοῖσι πόδας νίψουσι κομῆταις,

νηοῦ δ' ἡμετέρου Διδύμοις ἄλλοισι μελῆσει.

ut viri caesum, mulieres in servitutem abreptum iri dicantur, quemadmodum ipse H. interpretatur scribens: τότε δὴ ταῦτα τοὺς Μιλησίους κατελάμβανε, ὅτε γε ἄνδρες μὲν οἱ πλεῦνες ἐκτείνοντο ὑπὸ τῶν Περσέων ἔσντων κομητέων, γυναικες δὲ καὶ τέκνα ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ἐγίνοντο κτέ. Ad dativi formam ὄρνισιν in epica poesi cf. Hom. H 57.

In oraculo Pythico dato Atheniensibus VII 140 legimus vs. 13 sqq.

πολλοὺς δ' ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσειν,
οἵ που νῦν ἴδρωτι ῥεούμενοι ἐσήκαστι
δείματι παλλόμενοι, κατὰ δ' ἀκροτάτοις δρόφοισι
αἷμα μέλαν κέχυται προϊδὸν κακότυτος ἀνάγκας.

Inauditum est apud veteres etiam in maxima superstitione aedes sudans et crurore (suo) madens, sed haud raro apud utriusque linguae scriptores fit mentio de sudantibus et cruentis simulacris deorum. Hinc nescio an olim librarii pronomen relativum οἵ male referentes ad νηούς, cum pertineat ad ἀθανάτους, qui signis suis repraesentantur, depravarint genuinam scripturam quam hanc fuisse suspicor:

οἵ που νῦν ἴδρωτι ῥεόμενοι ἐσήκαστι
δείματι παλλόμενοι, κατὰ δ' ἀκροτάτης κορυφῆσι
αἷμα μέλαν κέχυται προϊδὸν κακότυτος ἀνάγκας.

Pro barbara forma ῥεούμενοι vates dixisse videtur PEOMENOI, pronuntiandum quasi duplicata liquida ῥεόμενοι.

Permire quoque de sanguine dictum est προϊδόν, pro quo expectes Φράξον aut aliquid simile. Verum tam hoc quam obscura ista κακοῖς δ' ἐπικίδνατε θυμόν in oraculi fine poetastri infantiae tribuendum esse crediderim.

Tandem in sortibus datis Lacedaemoniis VII 220

ὑμῖν δ', ὦ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροοι,
ἵ μέγα ἀσυ ἐρικυδὲς ὑπὸ ἀνδράσι Περσεΐδησι
πέρθεται, ἵ τὸ μὲν οὖκι, ἀφ' Ἡρακλέος δὲ γενέθλια
πενθήσει βασιλῆ φθίμενον Λακεδαίμονος ΟΤΡΟΣ.

non tantum depravatus est versus secundus, quem varie tentavit Stein ap. Weidm., sed etiam quartus. Nam procul dubio verum est:

πενθήσει (sc. τὸ ἄτο) *Βασιλῆς Φθίμενον, Λακεδαιμονος οὔρον.* ut Leonidas audiat more Homericō populi sui οὔρος. Accusativus οὔρον exstat Od. 15, 88. Sed redeamus ad librum primum.

I 67. *οἱ δὲ ἀγαθοεργοὶ εἰσὶ τῶν ἀτῶν ἐξιόντες ἐκ τῶν ιππέων αἱεὶ οἱ πρεσβύτατοι.* Placet Steinii coniectura deleto ἀτῶν rescribi iubentis ἐξιόντων, sed simul vide ne transponendum sit *οἱ αἱεὶ πρεσβύτατοι.*

I 68. *δρύσσων ἐπέτυχον σορῷ ἐπταπήχει.* Quia homo non quaerens, sed forte fortuna loculo incidisse narratur, requiro ἐΝέτυχον. Simili errore I 66, 2 legitur: *ταῦτα* (oraculum) ὡς ἀΠενειχθέντα ἥκουσαν pro ἀΝενειχθέντα, ut recte legitur I 54 init. et 91, 5. Idem vitium recurrit I 158, 1.

I 68. *συμβαλλόμενος δὲ ταῦτα καὶ ἀπελθὼν ἔφραξε* Λακεδαιμονίοισι πᾶν τὸ πρῆγμα. Legendum *συμβαλόμενος*, nec fortasse copula est genuina.

I 69 v. fin. *ἐποιήσαντο δρυκια ἔσινίς <τε> πέρι καὶ συμμαχίης.* Sic legendum est, nam H. notiones cognatas, synonymous et isodynamas iungere solet particulis *τε* — *καὶ*, ut infra ostendam.

I 71 extr. *Ταῦτα λέγων οὐκ ἔπειθε* (Sandanis) *τὸν Κροῖσον.* Πέρσησι ΓΑΡ πρὸν (add. ἦ) Λυδοὺς καταστρέψασθαι ἦν οὕτε ἀβρὸν οὕτε ἀγαθὸν οὐδέν. Vocabula γάρ documento est, olim praegressum esse: *ταῦτα, λέγων <τὸν ἔσοντα λόγον, >* οὐκ ἔπειθε τὸν Κροῖσον, eadem structura qua est v. c. I 163 ὡς τοῦτο οὐκ ἔπειθε τοὺς Φωκέας. Cf. I 95 ὡς ὃν Περσέων μετεξέτεροι λέγουσι, οἱ μὴ Βουλόμενοι σεμνοῦν τὰ περὶ Κῦρου ἀλλὰ τὸν ἔδυτα λέγειν λόγον, κατὰ ταῦτα γράψω. Similia reperies I 30. 116 extr. VII 209. Librarium post λέγων fefellit simile λόγον, quod cum duobus vocabulis interpositis scribere neglexit.

I 73, 4. Una repetita littera scribatur: χρόνου δ' ἐ<γ>γενομένου. Cf. I 190 extr. II 124. 175 (ubi librorum scripturam ἐκγεγονότος emendavit Schwr.).

I 75. ἀνωθεν τοῦ σρατοπέδου ἀρξάμενον διώρυχα βαθέαν δρύστειν, ἄγοντα μηνοειδέα, ὅκας ἀν τὸ σρατόπεδον ἰδρυμένον κατὰ νάτου λάβοι, ταύτῃ [κατὰ τὴν διώρυχα] ἐκτραπόμενος ἀρχαίων ῥεέθρων. Deleatur glossema ad ταύτῃ.

I 77 extr. τὸν δὲ παρεῖντα καὶ μαχεσάμενον σρατὸν Πέρσησι, ΟὐC ἦν αὐτοῦ ξενικός, πάντα ἀπεις διεσκέδασε. Duplicatis litteris reponatur OCOC, ὅσος ἦν αὐτοῦ ξενικός.

I 78. αὐτίκα δὲ ἐπεμπεθεοπρόπους ἐς τῶν ἐξηγητέων Τελμηστέων. Non est haec Graeca compositio pro Τελμηστέων τῶν ἐξηγητέων, quod coniecit Stein. Sed etiam facilius expeditur adeo mira librorum scriptura, si sumimus in archetypo

τῶν ἐξηγητέων

fuisse ἀ. δ. ἐ. θεοπρόπους ἐς Τελμηστέων, et τῶν ἐξηγητέων esse glossatoris. Ceterum Herodoto et aequalibus reddiderim formam antiquorem non syncopatam Τελεμηστέων, quam praeter Aristophanis locos apud Steph. B. s. v. Τελμηστός testantur tituli. seculi Vti, ut docui in libello, Lapidum de dial. Att. testim. pag. 36 sq.

I 85 in. καὶ δὴ καὶ ἐς Δελφοὺς περὶ αὐτοῦ ἐπεπόμφεε χρηστούμενος. Herodotus dicturus Croesum misisse qui sci-scitarentur, dedisset τοὺς χρηστούμενος, i. e. οἵτινες χρήσονται. Sed procul dubio scriptum reliquit ἐπεπόμφεε χρηστόμενος, quod legitur in ed. Aldina, ut est v. c. I 46 extr. ταῦτα μέν νυν τὰ Ἑλληνικὰ μαντήια, ἐς τὰ ἀπέπεμψε μαντευσόμενος Κροῖσος. Quo loco pro ἀπέπεμψε requiratur ἐπεμψε, si verum sit quod contendit Cobet p. 78 ad I 53 „ἀποπέμπειν esse dimittere a se de non reddituris“. Sed enim praeterea considerandi sunt hi loci I 47 ἀπέπεμψε ἐς τὴν διάπειραν τῶν χρηστηρίων. III 20 οἱ δὲ Αἰθιόπες οὗτοι, ἐς τοὺς ἀπέπεμψε ὁ Καμβύσης (Ichthyophagos). III 21 init. (de iisdem) βασιλεὺς —

ημέας τε ἀπέπεμψε ἐς λόγους τοι ἐλθεῖν κελεύων. V 36 Ἰσιάδος μὲν νυν ταῦτα δικνοεύμενος ἀπέπεμπε τὸν ἄγγελον. V 37 ἀποπεμφθέντος δὲ Ἰητραγύρεω κατ' αὐτὸ τοῦτο. Alia exempla reperies IV 42. 77 bis. V 64 init. VI 4. 94 extr. VII 148 (*ἀπόπεμψιν*). VII 152 init. 239. VIII 34. 44 init. 110. 140 init. IX 5 init. 50 extr. 60 extr. Malim igitur salva Cobeti reverentia statuere dupli vi gaudere verbum *ἀποπέμπειν*, ut plerumque quidem respondeat verbo nostro *wegzenden*, haud raro tamen verbo quod est *afzenden*, itaque non differat a notione verborum *ἀποσέλλειν* et *πέμπειν*.

I 87. ἐπιβώσασθαι τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλεόμενον εἴ τι οἱ κεχαρισμένοι ἔξ αὐτοῦ ἐδωρήθη, παρατῆναι κτέ. Participium potius a glossatore propter sqq.: τὸν μὲν δικρύοντα ἐπικαλέεσθαι quam ab ipso scriptore additum esse crediderim.

I 90, 5. Κύρος δὲ εἶρετο ὅτι οἱ τοῦτο ἐπηγορέων παρατέοντο. Mirus verborum ordo pro *ἐπηγορέων τοῦτο*. Nam quaestio directa foret: τί μοι ἐπηγορέων τοῦτο παρατέη; Post pauca § 4 requiro ἐνετέλλετο θέντας (pro *τιθέντας*) τὰς πέδας ἐπὶ — τὸν οὐδὸν εἰρωτᾶν κτέ. Syllaba τι nata est ditto graphia praegressae το.

I 91, 1. λέγεται εἰπεῖν τάδε. Haec forma tam raro appetet pro *εἰπαί*, ut scribere solet H., ut ubique mihi suspecta sit. Similiter *ἐνεῖκαί* est sola forma Herodotea.

I 93. αἱ ἐνεργαζόμεναι παιδίσκαι. Vehementer mihi suspecta est praepositio *ἐν*, quae facillime nasci potuit ditto graphia sequentis syllabae, ut in scriptura minuscula per frequenter confunduntur litterae *v* et *p*. Nam et *ἐργάζεσθαι* et *ἐργασίη* (cf. II 135) ut de omni quaestu, ita de corporis quoque quaestu usurpari notum est. Quod autem vv. dd. explicant *ἐν* *οἰκηματι*, hoc ita ferrem, si *οἰκημα* vel simile quid praecessisset, aut si alias locus exstaret, ubi verbum compositum similiter adhibitum esset. Similiter vitiosum *ἐνεταλμένους* supra I 80 Schaefer corredit scribendo *ἐνταλμένους*, probante Cobeto.

I 99 init. Ταῦτα μὲν δὴ ὁ Δηϊόκης ἐωυτῷ τε ἐτείχεε καὶ

περὶ τὰ ἑωυτοῦ οἰκία, τὸν δὲ ἄλλον δῆμον πέριξ ἐκέλευε [τὸ τεῖχος] οἰκέειν. Sicubi *πέριξ* apud H. est praepositio, ut reliquae praepositiones, a nomine aut pronomine quod regit, divelli nequit. Cf. I 196. 179. II 91. III 158. IV 36. 152. 180. Quo arguitur h. l. esse adverbium et *τὸ τεῖχος* reddendum esse magistellis.

I 108. Supplendum arbitror: *Ταῦτα μὲν κατὰ τὰς δίκαιας ἐποίει, τὰ δὲ δὴ ἄλλα ἐκεκοσμέατο οἱ <ώδε> εἴ τινα πυνθάνοιτο ὑβρίζοντα κτέ.*

I 108. *Βουλόμενος τὸ γεννέομενον ἐξ αὐτῆς διαφθεῖραι.* Verbum quod est *γεννᾶν*, gignere, non magis Herodoteum est quam Homericum. Insuper vitiosum est tempus praesens, non enim nascentem (fac hoc significare posse), sed natum infantem Astyages occisurus erat. Quare quod optimi libri habent *γεννώμενον* hic, ut saepe alias, ex *γενόμενον* depravatum esse arbitror. Ex Anglicano codice affertur *γινώμενον*, quod eandem prodit originem.

I 116, 3. *Τὸν μὲν δὴ Ἀρτεμιζάρεα πέμπει, τὸν δὲ Κύρον ἡγον ἔστω οἱ θεράποντες.* Necessarium arbitror *ἐκπέμπει*, foras mittit, ut praecedit θέλων *ἐκπέμψαι* τὸν Ἀρτεμιζάρεα. Nec enim apud Herodotum verbum simplex pro *ἀποπέμπειν*, a se dimittere, absolute usurpatum me legere memini.

I 119. *"Αρπαγος μὲν ὡς ἥκουσε ταῦτα προσκυνήσας καὶ μεγάλα ποιησάμενος, ὅτι τε ἡ ἀμαρτάς οἱ ἐς δέον ἐγεγόνεε καὶ ὅτι — ἐπὶ δεῖπνον ἐκέλυπτο.* Cobet requirit *μέγα* provocans ad V 24 et VIII 3, ubi omnes libri servent *μέγα*. Rectissime sane servant, nam agitur utrobique de una re, de qua *μεγάλα* absurde dictum foret; hic contra agitur de pluribus prorsus ut III 42, ubi Vaticanus liber, cui merito multum tribuit Cobet, servat *μεγάλα*, quemadmodum idem codex IX 111 rectissime exhibit *μέγα* μὲν *ποιεῦμαι* *ἀξιεύμενος θυγατρὸς τῆς σῆς*, ubi reliquorum librorum lectio nem *μεγάλα* absurdam esse omnes intellexerunt. Recte etiam

Xenophon, Ionum more locutus, Cyrop. V 3. 19 ὅτι ἐγώ
μέγα ποιοῦμαι φίλιον τοῦτο τὸ χωρίον τοῖς ἐνθάδε συμμάχοις
καταλείπων.

Nemo, ut hoc utar, dubitavit quin recte Isocrates IV 143 scripserit τὰ δὲ τῶν βαρβάρων μεγάλα ποιεῖν, neque igitur video quo iure cum Cobeto contendamus apud Herodotum III 42 prave scriptum esse μεγάλα ποιεύμενος ταῦτα, quod tamen ad verbum significat magna sibi facere haec, i. e. pro magnis (s. magni) ducere, facere, existimare. Prorsus idem (quae res sententiam meam confirmare videtur) quod inter μέγα et μεγάλα ποιεῖσθα statuo discrimen, intercedit inter δεινόν et δεινὰ ποιέεσθαι. Recte et ordine scriptum est II 161 extr. ταῦτα δὲ δεινὰ ποιεύμενοι οὗτοι — ἀπέσησαν, ubi paullo ante eodem sensu de iisdem historicus dixit ταῦτα ἐπιμεμφόμενοι (cf. IV 33), recte etiam IX 107 δὲ ἐπεὶ πολλὰ ἤκουσε, δεινὰ (sc. ταῦτα) ποιεύμενος σπάται ἐπὶ τὸν Μασίην τὸν ἀκινάκεα. (Loco IX 33, 6 Σπαρτιῆται δὲ πρῶτα μὲν ἀκούσαντες δεινὰ ἐπόίευν τε καὶ μετίσαν τῆς χριστιανής male Reiskio probabatur codicis Vat. scriptura δεινὰ ἐποιεῦντο. Non enim principio tantum, ut arbitrari, Lacones rem indigne ferebant, sed etiam cum necessitate victi cederent, at lamentabantur, ἐσχετλίκου, ut taceam, si altera notione opus foret, Herodoti sermonem requirere δεινόν τε ἐποιεῦντο. Malim tamen δεινά τε ἐπόίευν.) Contra formula δεινόν vel δεινόν τι ποιέεσθαι locum habet, ubi de una re sermo fit, ut I 127 καὶ πάλαι δεινὸν ποιεύμενος ὑπὸ Μήδων ἀρχεσθαι. Cf. I 13. V 42, al. Saepius vero additur vocula τι, ut III 155. V 33. 87. VIII 15. 93. alibi, semel quod sciām χρῆμα, nempe VIII 16: δεινὸν γὰρ χρῆμα ἐποιεῦντο ὑπὸ νεῶν ὀλίγων ἐς Φυγὴν τραπέσθαι, ubi tamen nescio an χρῆμα sit grammatici alicuius glossema. IX 110 legitur δεινόν τε καὶ ἀνάρσιον ἐποιέετο. Sed cum a Cobeto dissentiens semper mihi diffidam, aliorum de hac quaestione expecto iudicium.

I 133. Herodotus de Persis haec narrat: μεθυσκόμενοι ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ σπουδαιέστατα τῶν πρηγμάτων. τὸ δ' ἀν ἄδη σφι βουλευομένοισι, τοῦτο τῇ ὑπερβάῃ νήφουσι προτίθεται σέγχρονος, ἐν τοῦ ἀν ἔντες βουλεύεσθαι καὶ ἣν μὲν ἄδη καὶ νήφουσι, χρέονται αὐτῷ, ἣν δὲ μὴ ἄδη, μεθιεῖσι. Licet nemini auctor sim, ut hac quidem in re sequatur Persarum exemplum, non tamen caret ea agendi ratio omni sensu communi, siquidem vino censebatur et censemur acui ingenii vis, et repetita a sobriis deliberatione cavebatur ne quid inconsultius ageretur, ut omittam simile quid de Germanis memoriae mandasse Tacitum German. 22.

Verum tam egregie absurdia et ridicula sunt verba sequentia: τὰ δ' ἀν νήφουτες προβουλεύεσθαι, μεθυσκόμενοι ἐπιδιαγινώσκουσι, ut festivi alicuius lectoris bonum Herodotum suaviter ridentis annotatiunculam marginalem, sed valde antiquam, ludificari nos suspicor. Quis vero finis aut modus deliberandi fuit Persis, si primum sobrii consilia inibant, tum τὸν νοῦν ἀρδοντες iterum consulebant, deinde sobrii deliberabant quod madidis placuerat, tum ebrii rursus de hoc ἐπιδιεγινώσκουν, ita pergentes ad infinitum!

I 138. Ξεῖνον δὲ πάντα τὸν λαμβανόμενον ὑπὸ τούτων (scil. λέπρην) οὐ λεύκης. E plurali numero appetet iniuria Naberum in praegressis λέπρην οὐ λεύκην ἔχη delere verba λέπρην οὐ πολλοὶ ἐξελαύνουσι ἐκ τῆς χάρης. Pro πολλοῖ emendandum censeo πάλιν, quod ante me vidit Coraes „lettres inédites” ell. Soph. O. C. 74 sqq. et 224. Eandem vocem Cobet p. 91 reponendum putat I 134 Οὗτοι δὲ καὶ τῶν ὁμούρων ἥρχον, οἱ δὲ μάλα τῶν ἔχομένων et pro eodem μάλα I 181 et IV 68. Sed praeterea vide II 115. VII 11. 186 init. VIII 66. IX 40. et quae nuperrime Hartman disputavit ad Antiph. V 17 in Studiis Antiphontis in programmate Gymn. Leid. a. 1882, pag. 10 sq.

I 141. Cobet „In lepida Cyri fabula tibicen ad pisces in

„litore palpitantes ita dicit: παύεσθε μοι δρχεόμενοι, ἐπεὶ „οὐδὲ ἐμέο αὐλέοντος ἥθελετε ἐκβαίνειν δρχέομενοι. Imo vero „δρχησόμενοι, non enim saltantes, sed saltaturi dicuntur e mari exire noluisse”. In exemplaris mei margine ipse olim annotavi „aut lege δρχησόμενοι, aut dele δρχεόμενοι „incogitanter repetitum, ut abest quoque a verbis proxime „praegressis δοκέοντά σφεας ἔξελεύσεσθαι ἐς γῆν.” Utrum verius sit hodie quoque ambigo.

I 144. ἀλλὰ καὶ σφέων αὐτῶν τοὺς περὶ τὸ ίρὸν ἀνομήσαντας ἔξεκλήσαν [τῆς μετοχῆς] et in fine capitinis ἔξεκλήσαν [τῆς μετοχῆς] τὴν ἔκτην πόλιν Ἀλικαρνησσόν. Utroque loco deleto interpretamento (Herodoteum certe foret μετοκωχῆς, quam antiquam vocabuli formam servavit fidelissimus veteris sermonis testis Hesychius), intellege τοῦ Τριοπικοῦ ιεροῦ.

Ad Ἀλικαρνησσόν scriptum dupli sibilanti vide quae e vetustis titulis sec. Vti collegi in „Lapidum d. dial. Att. test.” pag. 21. Similiter nomina propria in OTCCA et OTCCAIC non uno sed dupli C exaranda esse arguit in eiusdem opusculi pag. 36 Τειχισσα constanter scriptum eadem aetate, confirmante origine ex OECCA(AI). Contra uno sigma scribenda esse ΚυΦισός, Ιλισός, Κνωσός, Κορησός, Λάρισα novimus ex iisdem, quibus solis his quidem in rebus testimonii dictio est. Monenda haec videbantur propter ea quae scripsit Cobet pag. 69.

I 148. Prorsus assentior prudenti Cobeti iudicio contra Steinium tuenti Herodoti observatiunculam de terminacione nominum Graecorum festos significantium.

I 150. τὰ ἔπιπλα ἀποδόντων. Haec forma praeterea repeatitur I 164. III 135. VI 23. VII 19, sed omnes libri habent ἔπιπλοα I 94, 6, quod Herodoteum esse testatur Pollux X 10 scribens "Ἡροδοτος δὲ αὐτὰ ἔπιπλοα εἴρηκεν, οἷον ἡ καὶ πλέων ἄν τις ἐπικομίζοιτο, ὡς ἔγγειος καλεῖται κτῆσις ἡ λοιπή, cuius loci ope Koen ad Gregorium de dial. Ion. p. 516 apud

Suidam s. v. ἐπιπλα corredit σκεύη τὰ μὴ ἔγγεια, ἀλλ’ οἷον ἐπιπλάκαια. οἱ δὲ ἐπίπλοι (pro ἐπίπλεα) αὐτά Φασιν. Scrupulum tamen init similis vox τὸ ἐπίπλοον (Her. II 47 τὸν ἐπίπλοον. Cf. Arist. part. an. IV 1, 3), o masus, quacum antiquitus librarius hoc loco (nam aliis Pollucem idem legisse demonstrari nequit) ἐπιπλα quantumvis absurde confundere potuit. Vocabuli autem etymologia perquam incerta est.

I 155. Suadente Croeso Cyrus Lydos iubet κιθῶνάς τε ὑποδύνειν τοῖσι εἵματι καὶ κοδόρους ὑποδέσθαι, i. e. σολὴν γυναικείαν Φορεῖν, ut eadem narrans dixit Polyaenus VII 6, 4. Non caret hic locus difficultate, quia in Graecia etiam viri duplex vestimentum (*ἱμάτιον* et *χιτῶνα*) gestare solebant, neque alium fuisse Lydis morem Herodotus aut alias scriptor memoriae mandavit. Quare prima facie succurrebat suspicio hic olim lectum fuisse κιθῶνιά τε κτέ. Sed nihil mutandum esse docet locus II 36, ubi H. de Aegyptiis, in omnibus rebus facientibus contraria Graecis, ita scribit: εἵματα τῶν μὲν ἀνδρῶν ἔκαστος ἔχει δύο, τῶν δὲ γυναικῶν ἐν ἐκάστη. Hinc igitur iure efficias Herodoti aetate viros sub miti praesertim Ioniae coelo perraro gestasse *ἱμάτιον*, idque non nisi cogente aëris intemperie aut fortasse festis diebus et si quid publici negotii gerendum esset. Apud Atticos quoque saepe commemorantur γυμνοί, i. e. μονοχίτωνες.

I 159 med. καὶ ἄλλα ὅτα ἦν νενΟστευμένα. Stein in ed. Weidm. a, 1864 receperat Porti correctionem νενΕΟστευμένα, quam necessariam putat Cobet „quod νοστεύειν sit Graeculorum“ afferens Phrynicum pag. 206: Νοσός, νοσοῖν. ἀμφοῖν λείπει τὸ Ε. διὰ τοῦτο ἀδόκιμα. Sed tamen saepius grammatici ἀδόκιμα vocarunt quae quamvis antiqua, ut a communi scriptorum usu remota, ipsis displicebant et, quod caput est, Graeculorum haec esse negat Aeschylus ap. Antiatt. in B. A. 109, 22: νοστόν χωρὶς τοῦ Ε Αἰσχύλος Κύροξιν, negatque Aristophanes Av. 547 ἀποθεῖν' ἀρ' ἐγώ σοι / τὰ τε νόττια

καλλικράτην οὐκ ἀκυρίσω (Blayd. pro *οἰκήσω*), ut Dindorf et Meineke flagitante metro reposuerunt pro *τὰ τε νέόττια*. Necessaria enim vocula *τέ*. Similiter idem Dindorf metri causa *νολαῖα* reddidit Euripidi Alcest. 105, *νανίας*; eidem Cycl. 28, *νανιᾶν* Aristophani Vesp. 1069, *νανικήν* ibidem 1067. Sic *θᾶσ'* est *θέασαι* Pac. 906 et Thesm. 280 et *ἔα* atque *ἕξ* saepe sunt monosyllaba, quemadmodum iam Homerus Od. 21, 233 *ἔσπουτι* usus est *τριτυλλάβως*. Non ignoro haec esse poetica, sed poetae ea non admisissent, nisi sermo popularis eiusmodi contractiones legitimas reddidisset. Nihilominus scriptores pedestres Athenienses, quantum novimus, ab eiusmodi scripturis abstinuerunt; sed cum Iones *δρτύ* pro *ἔσρτη* dixisse constet, non ausim omnium codicum lectionem *νεοστρεψμένα* mutare apud Herodotum, et potius III 111 *νεοστιέων* et *νεοστιάς* ad formas vulgares ex *νοστιέων* et *νοστιάς* refictas esse credam. Quamquam fortasse satius est in talibus, quippe incertioribus, sequi codicum sive fidem sive perfidiam. Quod vero ibi quoque *νΟστιέων* exhibet editio Aldina, fortuitum esse potest, licet non ita raro sola Aldina veram lectionem servarit. Exemplo sit locus II 181, ubi optime habet: *καὶ νῦν τὰς εἰκόνας αὐτέων εἰναι πεπονθίας, τάπερ ζωαὶ ἔπαθον,* ubi perperam ex omnibus libris edi solet *αἱ ζωαὶ*. — Egregio acumine et verissime mox in extremo capite Cobet interpretibus reddidit verba *ναί, κελεύω*.

b) I 1[¶]4. *εὶ βούλοιντο Φωκαίες προμαχεῶνα ἔνα μοῦνον τοῦ τείχεος ἐρεῖψαι καὶ σίγημα ἐν κατιρῶσαι.* Interpretantur: regi dedicare. Quamquam dei instar Persae regem venerabantur, non tamen, ut postea imperatoribus Romanis, Persarum regibus aedes nec vivis nec mortuis dedicatae esse videntur, et iure dubites, num Herodoti lectores antiqui verbum sic nude positum intellectūri fuissent. Quare mendosum esse crediderim. Expectatur verbum quod significet *κατασκάψαι*. In promptu foret conicere *κατερῆσαι*, (cod. Flor. habet

κατερᾶσαι) modo constaret id verbum significare potuisse solo aequare. At licet Schol. Ar. Ach. 341 contendat πεποιῆσθαι ἀπὸ τῆς ἔρας, τουτέσι τῆς γῆς, merito illam derivationem repudiaveris, considerans praeter verbum κατερᾶν reliqua composita: ἐξερᾶν, ἀπερᾶν, συνερᾶν, μετερᾶν, κατεξερᾶν, unde colligas verbum simplex, quod pridem abolitum fuisse videtur, notasse plerumque χεῖν, rarius ἀπτεῖν. Quid igitur sub KATIPΩCAI delitescat, aliis expiscandum relinquo.

I 165. τὰς Οἰνούσσας καλεομένας. Ionicum est Οἰνοέσσας, ut 149 est Αἰγιρόεσσα, quod recte in Αἴγειρόεσσα refinxit Cobet. Mox ex omnibus libris editur ἐν γὰρ τῇ Κύρῳ εἶκοσι ἔτεσι πρότερον τούτων ἐκ θεοπροπίου (Phocaeenses) ἀνετήσαντο πόλιν τῇ οὔνομα ἦν Ἀλγαλίη, quod verbum Schweighäuser contra usum interpretatur exstruxerant, rectius sane alii incolas pepulerant, ut ipsi ibi habitarent. Fieri quidem potest, ut verbum medium ἀνίσασθαι, quod numquam similiter usurpatum vidi, sic potuerit adhiberi, sed tenet me tamen aliqua suspicio H. scripsisse ἐνεκτήσαντο, ut legitur v. c. V 23 ἀνδρὶ "Ελληνι δοὺς ἐγκτήσασθαι πόλιν ἐν Θράκῃ. Certius est in fine capitinis legendum esse: ὑπὲρ ήμεσας τῶν ἀτῶν ἔλαβε πόλιος τε καὶ οἴκτος τῆς πόλιος καὶ τῶν ήθέων, expuncto quod ultimo vocabulo adhaeret in libris et editionibus interpretamentum τῆς χώρης. Cf. I 15. 157. IV 76. V 14. VII 75. 125. VIII 100.

I 166 extr. Supplendum: ἀνέλαβον τὰ <τε> τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν, ut recte et aliis locis legitur et I 176 συνήλισαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν τὰς τε γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰ χρήματα. Vid. supra ad I 69.

I 176. Λύκοι — ἐστωθέντες δὲ καὶ κατειληθέντες ἐς τὸ ἄτο συνήλισαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν τὰς τε γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα — καὶ ἐπειτεν ὑπῆψαν [τὴν ἀκρόπολιν dele] πᾶσαν ταῦτην κατεσθαι. Huius loci ope nuper in Lectionibus Rheonotraiectinensis (ap. Brill. Leidae 1882) pag. 73 Appiano

B. C. IV 80 ed. Mendels. reddidi καὶ τάφος Ξενθίοις ἡ πόλις κατειληθεῖσιν ὑπὸ Ἀρπάγου τότε ἐγένετο pro ἀμεληθεῖσα.

I 183 init. ἔνθα ἄγαλμα — χρύσεον καὶ — τράπεζα χρυσέη — καὶ θρόνος χρύσεός ἐστιν καὶ ὡς ἔλεγον οἱ Χαλδαῖοι, ταλάντων δικαιοσίων χρυσίου πεποίηται ταῦτα. Cum manifesto agatur de pondere et materie, unde haec facta erant, non de pretio quo constiterant, corrigendum est χρυσοῦ.

I 185, 2. Necessario supplendum: τὸν Εὐφρήτην — οὗτω δὴ τι ἐποίησε σκολιόν, ὥσε καὶ (pro δὴ Stein) τρὶς ἐσ τῶν τινας κωμέων — ἀπικνέεται ῥέων. τῇ δὲ κώμῃ σύνομα ἐστι, ἐσ τὴν <τρὶς> ἀπικνέεται δὲ Εὐφρήτης, Ἀρδέρικη. Nisi forte etiam rectius verba satis otiosa ἐσ — Εὐφρήτης tribuimus interpretibus.

I 186 extr. 'Ως δὲ τὸ δρυχθὲν λίμνη πλήρης ἐγεγόνεε ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ καὶ τὰ περὶ τὴν γέφυραν ἐκεκόσμητο, τὸν Εὐφρήτην [ποταμὸν dele] ἐσ τὰ ἀρχαῖα ῥέεθρα ἐκ τῆς λίμνης ἔξηγαγε. Vide ne aut λίμνη olim ab interprete propter sequentia adscriptum sit, et Her. dederit πλῆρες, aut πλήρης sit emblema. Nam τὸ δρυχθὲν λίμνη πλήρης ἐγεγόνεε absurdissime dictum est.

I 187 extr. ἀνοιξας δὲ τὸν τάφον εὑρε χρήματα μὲν οὖ, τὸν δὲ νεκρὸν οὐτέ. Expectabam ἐν εὕρε.

I 192. οἱ μὲν ἀναβαίνοντες (ἴπποι sc.) τὰς θηλέας δικακοσίοι, οἱ δὲ βαινόμεναι ἔξαιστηλαι καὶ μύριαι ἀνέβαντε γὰρ ἔκαστος τῶν ἐρσένων τούτων εἶκοσι ἴππους. Et concinnius et usui Herodoteo accommodatius scriberetur <ἀνα>βαινόμεναι. In prae-gressis § 3 editur ex optimis libris ἡ δὲ ἀρτάβη μέτρον ἐδὺ Περσικὸν χωρέει μεδίμνου Ἀττικοῦ πλέον χολιέι τρίσι Ἀττικῆσι. Cod. Vat. exhibet μέτρον ἐσὶ Π. χωρέον „multo melius” iudice Cobeto. Fugisse videtur virum praeclarum locus II 6 extr.; ubi omnes libri non excepto Vaticano dederunt: δὲ σχοῖνος (sc. δύναται) ἔκαστος, μέτρον ἐδὺ Αἰγύπτιον, ἔξηκοντα σᾶδια. Cum liber Vaticanus, ut egregie demonstravit ipse

Cobet, sit simul optimus et pessimus testis, non est audiendus, ubicumque reliquorum codicum lectio nullam habet offensionem.

I 188. καὶ δὴ καὶ ὑδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεω ποταμοῦ ἀμφὶ ἄγεται — τοῦ μόνου πίνει βασιλεὺς καὶ ἀλλοι οὐδενὸς [ποταμοῦ], τούτου δὲ [τοῦ Χοάσπεω τοῦ ὑδάτος] ἀπεψημένου πολλαὶ κάρτα ἀμαξῖαι — κομίζουσαι — ἔπονται. Quae uncinis saepsi ab ipso H. profecta esse non possum mihi persuadere.

I 191. τάξας τὴν σρατιὴν ἀπασταν ἐξ ἐμβολῆς τοῦ ποταμοῦ, τῇ ἐς τὴν πόλιν ἐσβάλλει, καὶ ὥπισθε αὔτις τῆς πόλιος ἐτέρους τῇ ἐξεῖ (l. ἐξεῖ) ἐν τῇ πόλιος [δὲ ποταμός;], προεἰπε τῷ σρατῷ, ὅταν διαβήτων τὸ βέβηρον ἴδωνται γενόμενον, ἐπιέναι ταύτη ἐς τὴν πόλιν. οὕτω — ἀπήλαυνε αὐτὸς σὺν τῷ ἀχροίῳ τοῦ σρατοῦ. Locum pessime habitum nihil adiuvit Steinii conjectura ἀπαντᾶσαν pro ἀπασταν manifesto falsa, propterea quod exercitus praeter turbam imbellem quam secum Cyrus abduxit minime ἀπανέστη, sed mansit ad Babylonem utrimque dispositus. Contra e sequenti vocabulo ἐτέρους prorsus constat pro verbis depravatis τὴν σρατὶν ἀπασταν H. scripsisse quod significet copiarum partem, itaque memor loci Thucydidis I 12, 2, ubi est de parte Boeotiorum ἦν δὲ αὐτῶν καὶ ἀποδασμὸς πρότερον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, corrigendum esse contendō: τάξας τῆς σρατιῆς ἀποδασμὸν ἐξ ἐμβολῆς τοῦ ποταμοῦ. Huic emendationi, qua omnis evanescit loci difficultas, haud exiguum speciem conciliat locus Her. II 103 Σέσωσρις ἀποδασμὸν τῆς ἡώντοῦ σρατιῆς μόριον, ut taceam verbum δάσασθαι Herodoto esse in deliciis. Praeterea usurpavit διαδάσασθαι IV 145. VIII 121, ἀναδασμός IV 159. 163 et saepissime δασμός. Postquam rarer vox ΑΠΟΔΑΣΜΟΝ in ΑΠΑΣΑΝ abiisset, genetivum τῆς σρατιῆς in τὴν στρατιὴν refictum esse, ut qualiscumque exiret sententia, nihil sane est quod miremur.

I 198. λοῦνται καὶ ἀμφότεροι. Cobet cum Vat. delet καὶ.

Mirus sane est hic voculae usus. Sed cf. tamen octo locos, quos Stein in ed. exegetica attulit ad I 74. Simile est καὶ πάντων II 50 init. Cf. I 57. 99. V 13. VIII 84. IX 2.

I 199, 3. Ἐν τεμένει· Ἀφροδίτης κατέκται σέφανον περὶ τῆς κεφαλῆσι ἔχουσαι θάμνηγος πολλαὶ <αἰεὶ> γυναικες· αἱ μὲν ΓΑΡ προσέρχονται, αἱ δὲ ἀπέρχονται. Sic locus supplendus, nam appetet scriptorem hoc dicere: istarum mulierum numerum numquam valde diminui, aliis enim abeuntibus alias advenire.

I 200. De Babyloniis dicitur: ἐσβάλλουσι (sc. ιχθύς αὐσός) ἐς ὅλμον καὶ λεγαντες ὑπέροισι διὰ σιδόνος, καὶ ὃς μὲν ἂν βούληται αὐτῶν ἄτε μᾶξαν μαξάμενος ΕΧΕΙ, ὁ δὲ ἄρτου τρόπου δπτήσας. Aperte huius loci non est ea structura, quam grammatici σχῆμα Σοφοκλεῖον appellant, nec tamen ferri posse videtur Steinii interpretatio „ἔχει, als Speisevorrath”. Ita H., ni fallor, dedisset potius ἀποτίθεται. Ne multa; expectabam ΕCΘIEI, ἐσθίει.

Quod dicebam ἀποτίθεται et ἀποκεῖθαι (unde ἀποθήκη) usurpari de iis quae quis futuros in usus recondit, id usu venit I 202, ubi perperam legitur: κάρπους δὲ ἀπὸ δενδρέων ἐξευρημένους σφι ἐς Φορβὴν κατατίθεσθαι ὀρχίους, καὶ τούτους στέεσθαι τὴν χειμερινὴν. Corrigatur ἀποτίθεται, quod verbum recte Suidas s. v. interpretatur ἀποθηκαρίσθαι, ἀποταμιεύσθαι et Hesychius ἀποτίθεται· συνάγει εἰς τὰς ἀποθήκας. Ad verbi usum confer Xen. Cyr. VI 1, 35. Anab. II 3, 13. Dem. 42, 6. al.

I 202 init. ὁ δὲ Ἀράξης λέγεται καὶ μέζων καὶ ἐλάσσων εἶναι τοῦ Ἰηροῦ. Cobet „quid absurdius dici potest? H. scripsit μάσσων.” Lenis sane mutatio, quam tamen non accipio. Leve fortasse poterit videri, quod comparativo μάσσων (apud solas poetas obvio) Herodotus non utitur, sed I 50. II 149. alibi usurpat μακρότερος, ut superlativum adhibet μακρότατος, non μήκισος. E comparativis epicis solum ἀσσον Homero sublegit III 52. IV 3. 5, sed in una formula

epica ἀστον ἵέναι, superlativo plerumque usus ἀγχοτάτω, raro ἔγχισα. Deinde notio μακρός non opponi solet adiectivo μέγας, sed notioni πλατύς. Tandem non memini me usquam legere ποταμὸς μακρός aut βραχὺς, sed constanter fluvii audiunt μεγάλοι et μικροί, licet hac quidem in re fieri potest ut fallat memoria, quae mihi non suppetit tam prodigiosa quam Cobeto, et simile est quod apud nostrum legitur μακρὴ διώρυξ.

Nihil autem me iudice vulgatae lectioni inest absurdum, modo recte eam interpretemur. Discrepabant de Araxe, quem ipse Herodotus non viderat, hominum opiniones. Aliis Istro maior, aliis minor videbatur. Prorsus ita scribit IV 81 Πλῆθος δὲ τὸ Σκυθέων οὐκ οἶδε τε ἐγενόμενη ἀτρεκέως πυθέσθαι· ἀλλὰ διαφόρους λόγους περὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἥπουν· καὶ γὰρ πάρτα πολλοὺς εἶναι σφέας καὶ δλιγούς ὡς Σκύθας ἕναι, quem locum iam comparavit Stein. in ed. exeget. Ad simile loquendi genus pertinet καὶ πλεῦν — καὶ ἔλασσον, i. e. modo plus, modo minus II 18 extr.

I 202, 3. ἐν τοῖσι ἀνθρώποις κατοικήσθαι λέγουσι ἵχθυς ὁμοίς σιτεομένους, ἐσθῆτι δὲ νομίζουσι [χρᾶσθαι] Φωκέων δέρματι. Multum vereor ne ludimagister hic olim ad explicandos dativos adscripserit verbum χρᾶσθαι, quo omisso structura eadem est quae legitur IV 63 ἢστι δὲ οὗτοι οὐδέν νομίζουσι. II 50 extr. νομίζουσι ἥρωσι οὐδέν. IV 117 Φωνῇ νομίζουσι Σκυθικῇ. Cf. Thuc. I 77 extr. II 38. Qua in re H. promiscue utitur tertio casu et quarto, qui legitur I 142 γλῶσσαν οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι νενομίκασι. II 42 Φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες. IV γλῶσσαν δὲ οὐδεμιῇ ἄλλῃ παρομοίῃ νενομίκασι. V 97 οὕτε ἀσπίδα οὕτε δόρυ νομίζουσι. Cf. I 173. II 51. II 64. Ad quorum locorum exemplum corrigatur I 215, ubi dicitur de Massageticis σάγχαρις νομίζοντες [ἔχειν] et IV 191 οικίας νομίζοντες [ἐκτήσθαι].

I 204. Supplendum puto: τὰ ἐπιχείροντά <τε> καὶ ἐποτρύνοντα ἥν, ut solet H. in synonymis.

I 205. γεφύρας τε ζευγνύων. Herodoti aetate dicebatur ζευγνύς, ut recte editur 206 et alibi. Non magis I 209 fero προδεικνύουσι pro προδεικνῦσι, ut Iones dicebant pro προδεικνύσσι. In hac quoque forma persaepe a librariis H. peccatum est. Difficilis est iudicium de formis πλέειν et comp. pro πλάειν et comp. Fortasse vere statuit Dindorf comm. de dial. Her. p. 42 „Πλάειν et reliqua huius compositorumque tem- „pore per Ω scripta apud H. tanto confirmatur exemplorum „numero ut locis reliquis quamvis ipsis quoque numerosis „in quibus vulgares formae legebantur, Ionicas restituere „non dubitem.” Nihilominus scrupulum movet quod semper, quod sciam, intactae manserunt formae Aoristi πλᾶσαι, persaepe contra in reliquis temporibus iuxta πλάειν appetat πλέειν, ita ut fieri sane possit ut H. ad Homeri exemplum hanc quoque formam admiserit.

I 207. ἐστωθεὶς μὲν προσαπολλύεις πᾶσαν τὴν ἀρχήν. Cobet requirit προσαπολέεις. Evidem potius restituerim antiquam formam praesentis προσαπόλλυς propter opposita νικέων δ' οὐ νικᾶς τοτοῦτο κτέ. Haud ita raro H. in emphatica oratione usus est praesenti pro futuro.

I 216 init. Supple τῆς γὰρ <ἄν> ἐπιθυμήσῃ γυναικὸς Μασσαγέτης et IV 46 τοῖς γὰρ <ἄν> μῆτε ἄσεω μῆτε τείχεω ἢ ἐκτισμένα. Incredibile dictu est quam saepe post ΓΑΡ vocula ἄν exciderit, qua de re saepe monuit Cobetus.

Antequam transibo ad librum II, de paucis quibusdam monebo, quae librum I iterum percurrentem me adverterunt.

I 2. ἀρπάσαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην. Articulum omittunt Rbdz, non male, si recte abest supra I, 1 ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν γυναικας ἄλλας τε πολλὰς καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλέος θυγατέρα, ubi in nullo codice additur. Eadem est varietas in sequentibus: ἀρπάσαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα Μηδείην, ubi articulum omittunt Ppr Rbdz. Moneo, ut alias diligentius hac quidem in re inquirat in usum Herodoteum.

I 12. καὶ μετὰ ταῦτα ἀναπαυομένου Κανδαύλεω ὑπεκδύσ. τε καὶ ἀποκτείνας αὐτὸν ἔσχε. Cobet „Natura rei requirit ὑπεσδύσ.“ „Cum staret Gyges pone ianuam clam et furtim in cubiculum introit. Vera lectio est in libris omnibus [habent ὑπεισδύσ praeter R in quo est ὑπειδύσ. Est autem ὑπεΙCδύσ propius lectionem ὑπΕΚδύσ quam scripturam Cobeto „probatam ὑπΕCδύσ v. H.], et ὑπεκδύσ infelix Sauppii con„iectura est calidius recepta.“ Liceat mihi a summo viro dissentire. Praecedunt enim haec: εἴπετο (Gyges) ἐς τὸν θάλαυρον τῇ γυναικὶ. καὶ μιν ἐκεῖνη — κατακρύπτει ὑπὸ τὴν αὐτὴν θύρην κτέ., i. e. ὅπισθε τῇς ἀνοιγομένης θύρης, unde Gyges Candaulis uxorem antea spectaverat nudam (cap. 9). Ergo Gyges, antequam Candaules cubitum iret, iam erat in thalamo, cuius ianua de more introrsus aperiebatur, abscondebaturque igitur, intrante rege, ipsa ostii valva, eaque de causa optime H. usus est participio praesenti ἀνοιγομένης, quod minime usurpatum est pro ἀνοιχθέσης, ut falso explicuit Stein. Si igitur homo iam intus erat, qui quaeso potuit „clam et furtim introire in cubiculum?“ Quo vero pacto, si extra stetisset, introeuntem regem fallere potuisset? Sed furtim, ut arbitror, Gyges ad interficiendum Candaulem e latebris prodiit, prorsus ut supra cap. 10 spectata ex iisdem latebris nuda muliere ὑπεκδύσ ἔχωρες ἔξει. Nihil igitur me iudice Sauppiana correctione certius cogitari potest.

I 17. ὄνως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἀδρός, τινικαῦτα ἐσέβαλλε τὴν σρατιήν. Sic mox ᾧ δὲ — ἀπίκοιτο — κατέβαλλε et deinde ὄνως διαφθείρει, ἀπαλλάσσετο δπίσω. Infra I 68 extr. cum Schaefero legendum ὄνως πειρώχτο (pro ἐπειρώχτο) ἀλλήλων, πολλῷ κατυπέρτεροι — ἐγίνοντο. Saepe autem more Attico H. imperfecto iterativo addidit ἂν, ut I 196 ἂν ἀνεκῆρυσσε et mox ἀνίση ἂν, II 109 alibi, saepe etiam adhucuit ad Homeri exemplum formas iterativas in ασκον et εσκον, ut I 186—196, quibus multo rarius additur vocula

ἄν, quam numquam addidit Homerus, ita ut tam ineptam abundantiam grammaticis potius quam ipsi Herodoto impudare equidem malim.

I 18. *ταῦτα ποιέων* (Alyattes) ἐπολέμεε ἔτεα ἔνδεκα. Inuria spreta videtur Dobrei coniectura <ἐπ'> ἔτεα ἔνδεκα, bellum a patre incohatum traxit in annum XI. Vide sequentia.

I 27, 1. ἐς Σάρδις τε καὶ ἐπὶ σὲ ἐν νόῳ ἔχοντες σφατεύεσθαι. Formula ἐν νόῳ ἔχειν prorsus ut μέλλειν promiscue modo cum praesente modo cum futuro infinitivi construitur. Cf. I 77. 86. III 64. 143. IV 125, 5. VIII 7. 8. IX 11. Sed vitiōsus est aoristus *ποιήσασθαι* VII 157, pro quo lege *ποιήσεσθαι*. Similis est ratio verbi ἐπινόειν, de quo egit Cobet pag. 151 ad II 142, ubi recte corrigit ἐπενόεες *τίσεσθαι* τὸν διώξαντας pro *τίσασθαι*. Praeterea autem requiro veteris titulorum orthographiam constantem *τείσεσθαι*.

I 37 init. *ταῦτα ἀμείψατο*. In extr. cap. est *ἀμείβεται* *Κροῖσος τοισὶδε* et 38 extr. *ἀμείβεται* — *τοισὶδε*. 43 init. *τοιούτοισι* — *ἀμείψατο* et ita paene constanter, cum in Accusativo poni soleat more Homericō persona, cui respondeatur. Interdum tamen H., si librariis fides, verbo *ἀμείβεσθαι* dedit eandem structuram, quae propria est verbo *ὑποκρίνεσθαι*, quod H. cum Ionibus usurpat pro *ἀποκρίνεσθαι*. Subinde, ubi ipsa verba sequuntur, omittitur pronomē velut I 46 *ἀμείβεται* *Κροῖσος* „ὦ πᾶς, κτέ. et I 120 *εἴπαν οἱ Μάγοι* „εἰ μὲν κτέ., aut in eius locum succedit adverbium ὡδε, ut I 115, alibi.

I 46 extr. *πέμπων εἰ ἐπιχειρέοι* ἐπὶ Πέρσας σφατεύεσθαι. Huiusmodi locis in quaestione quid faciendum sit, sive praecedit praesens sive tempus historicum plerumque H. usurpavit coniunctivum, non optativum, qui sequi solet ubi rogatur quid fiat velut mox I 47 ἐπειρωτέοντας ὅτι *ποιέων τυγχάνοι* — *Κροῖσος*. Expectes igitur h. l. *ἐπιχειρέη*. Scrupulum tamen movet locus I 53 *ἐπειρωτᾶν τὰ χρησήρια εἰ*

σρατεύηται — καὶ εἴ τινα σρατὸν ἀνδρῶν προσθέσιτο φίλου, quae verba paululum immutata deinde sine bonorum librorum varietate recurrunt. Loco autem V 43 de Dorieo οἴχετο χρησόμενος τῷ χρηστρίῳ εἰ αἱρέει non mihi persuasit olim Cobet coniciens αἱρέη, quia Dorieus oraculum non rogat, sitne ei occupanda quam petit regio, sed an sit eam occupaturus. Fortasse igitur recte Stein, cl. Hesychii glossa αἱρέσσομεν, Herodoto vindicavit futurum αἱρέω pro αἱρήσω. Cuius futuri non tantum locus citatus a Steinio VI 82 fidem facit, sed fortasse etiam III 155, 4 ἥδη ὡν ἦν μὴ τῶν σῶν δεήση (legerim ἐνδεήση), αἱρέομεν Βαβυλῶνα, nisi forte ibi usu venit, quod supra ad I 207 dixi de usu Praesentis in emphatica oratione. Nescio autem an in versu Homericō Δ 29. Π 448.

X 181

Ἐρδ', ἀτὰρ οὐ τοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι similiter servata sit antiquissima Futuri forma. Cf. Herod. V 92 extr.

I 47. ἀστα δ' ἀν ἔκαστα τῶν χρηστρίων θεσπίσῃ. Cobet requirit ἔκαστον. Idem requiri videtur mox 48 initio: ἐνθαῦτα δὲ Κροῖσος ἔκαστα ἀναπτύσσων ἐπώρα τῶν συγγραμμάτων.

I 62. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χώρῳ σφι σρατοπεδευομένοισι οἵ τε ἐκ τοῦ ἀξεος σρατιῶται ἀπίκοντο. Scriptores Attici, licet saepe ut erat perfacilis error a librariis peccatum sit, distinxerunt inter σρατοπεδεύεσθαι, castra ponere et ἐσρατοπεδεύεσθαι, in castris esse, ex quo usu h. l. expectes ἐσρατοπεδευμένος. De Herodoto paene dubites, siquidem in eius codicibus perfectum iis locis, quibus altera notio requiritur, nusquam servatum est.

I 86. κατὰ τὸ χρηστρίου τε καταπαύσαντα τὸν ἑωτοῦ μεγάλην ἀρχήν. Expectabam κατὰ τε τὸ χρ. κτέ.

I 134 init. ἐντυγχάνοντες δ' ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι, τῷδε ἀν τις διαγνοῖ, εἰ δύοισι εἰσὶ οἱ συντυγχάνοντες· ἀντὶ γὰρ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους φιλέοντι τοῖς σόμασι· ἦν δὲ ἢ οὔτερος

ὑποδεέξερος ὀλίγω, τὰς παρειὰς φιλέοντας· οὐ δὲ πολλῷ ἢ
οὔτερος ἀγενέτερος, προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἔτερον. Miror haes-
sisse neminem. Profecto enim H. narravit eiusdem ordinis
hominum alterum alterius os osculari, sed in tradita lec-
tione hoc tantum dicitur „alter alterum osculatur.” Ex-
pectamus igitur aut ἀλλήλους φιλέοντι τὰ στόματα aut quod
praetulerim <τὰ σόματα> τοῖς σόμασι. Cf. II 41, 2.

I 155. κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω. Incredibilis est Steinii
suspicio hoc participium derivantis a verbo scilicet ἀν-αμ-
άγω, quod numquam extare potuisse analogia docet. Neque
ἀμαξα, de cuius vocis origine nihil constat, a verbi monstro
ἀμ-άγω duci existimo. Teste Herodiano in carminibus Home-
ricis id vocabulum habuit spiritum lenem, quod quo argu-
mento grammaticus statuat ignoro.

A D L I B R U M II.

II 2. In narratiuncula de Psammiticho inquirente in populorum vetustatem scribitur: Ἀκούσας δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ψαμιτίχος ἐπινθάνετο, οἵ τινες ἀνθρώπων βεκός τι καλέουσι, πυνθανόμενος δὲ εὑρίσκει Φρύγας καλέοντας τὸν ἄρτον. οὗτῳ συνεχώρησαν Αἰγύπτιοι καὶ τοιούτῳ σαθμησάμενοι πρήγματι τοὺς Φρύγας πρεσβυτέρους εἶναι ἔωστῶν. Pro πρεσβυτέρους codex Vaticanus habet πρώτους, depravatum, ut videtur, ex προτέρους, quod placere potest propter cap. 2 init.: ἀπὸ τούτου νομίζουσι Φρύγας προτέρους γενέσθαι ἔωστῶν, τῶν δὲ ἄλλων ἔωστούς.

II 11, 3. Sinum maris mediterranei, quem H. suspicatur fuisse olim in terra Aegyptiaca, et sinum Arabicum permire dicit σχεδὸν μὲν ἀλλήλοισι συντετραίνοντας τὸν μυχούν, διῆγον δέ τι παραλλάσσοντας τῆς χώρης. Sed quod certa conjectura reperiri poterat συμπεράίνοντας, id ipsum legitur in libro Vaticano et aliis quibusdam. Ambo sinus paene conterminos, exiguo interiecto terrae spatio, habebant recessus.

In proximis verbis: εἰ ᾧ δὴ ἐθελήσει ἐκτρέψαι τὸ φέεθρον ὁ Νεῖλος ἐξ τοῦτον τὸν Ἀράβιον (nomen abesse malim) κόλπον, τί μιν καλύει φέοντος τούτου ἐκχωσθῆναι praefero eiusdem co-

dicis scripturam χωσθῆναι, ut in sqq. de eadem re est χωσθῆναι et χωσθεῖν. Composito enim H. utitur de solo aggesta humo exaltando. Cf. II 137. 138.

II 24 extr. τὰ ἐγχώρια δέμακτα ΜΑΡΑΙΝΕCΘΑΙ τῶν ποταμῶν.
Hoc aequo inepte mihi dictum videtur, ac si Latine marcescere dicas fluviorum scaturigines pro eo quod est exsiccati. Corrigendum suspicor ΑΝΑξΙΡΑΙΝΕCΘΑΙ. Cf. VII 109 et I 86.

II 32, 3. τὰ δ' ὑπὲρ θαλάσσης τε καὶ τῶν ἐπὶ θάλασσαν καθηκόντων ἀνθρώπων [τὰ κατύπερθε] θυριάδης ἔστι ή λιβύη· τὰ δὲ κατύπερθε τῆς θυριάδεος ψάμμιος τέ ἔστι κτέ. Dele emblema, inepte interpolatum ex ipsis sequentibus.

Ibidem § 4 necessario supplendum Φωνῆς δὲ οὔτε τι τῆς ἐκείνων τοὺς Νασαμάνας γινώσκειν οὔτε τι τοὺς ἄγοντας <τῆς> τῶν Νασαμάνων.

II 34 init. περὶ δὲ τῶν τοῦ Νείλου πηγέων οὐδεὶς ἔχει λέγειν. Hoc contra mentem scriptoris significat: de Nili vero fontibus nemo potest verba facere, sive orationem habere, sed procul dubio dicere voluit: de Nili fontibus nemo quidquam dicere potest; i. e. οὐδεὶς <οὐδὲν> ἔχει λέγειν. Nam ἔλεγον quidem de iis multi, in quibus ipse H., sed οὐδεὶς οὐδὲν ἔλεγεν.

II 36, 1. Supplendum τοῖσι <μὲν> ἄλλοισι ἀνθρώποισι — Αἰγύπτιοι δέ et § 2 ἀπὸ πυρῶν καὶ κριθέων ὄλλοι <μὲν> ζώουσι, Αἰγυπτίων δὲ κτέ. In hoc ipso capite plurima sunt notissimae structurae exempla.

II 38. δίκηται δὲ ταῦτα ἐπὶ τούτῳ τεταγμένος τῶν τις ἱέων καὶ ὁρθοῦ ἐστεῶτος καὶ ὑπτίου. Addito ἐστεῶτος vix omitti potuit κειμένου post ὑπτίου.

II 41, 2. τὰς βοῦς τὰς θηλέας Αἰγύπτιοι πάντες δμοίως σέβονται προβάτων πάντων μάλιστα μακρῷ. τῶν εἶνεκεν οὔτ' ἀνὴρ Αἰγύπτιος οὔτε γυνὴ ἄνδρα "Ελληνα φιλήσειε ἀν τῷ στόματι. Desidero hic claritatem, qua insignis est stilus Herodoti, quem scripsisse suspicor: τῶν (i. e. ὧν) εἴνεκεν <τῆς θυσίης> οὔτ' ἀνὴρ κτέ.

propter quarum sacrificium nec vir Aegyptius
nec mulier Graecum virum osculabitur.

Ibidem § 4 ἀνορύξαντες δὲ τὰ ὅστέα ἀπάγουσι [καὶ θάπτουσι]
ἐς ἓνα χῶρον πάντες. Emblema ipsa sede arguitur, divelli
enim nequeunt verba ἀπάγουσι ἐς ἓνα χῶρον.

II 42, 2. Δοκέειν δ' ἐμοὶ καὶ [τοῦνομα] Ἀμυώνοις ἀπὸ τοῦδε
σφίσι τὴν ἐπωνυμίην ἐποίησαντο. Dele glossema vocis τὴν ἐπω-
νυμίην. Quod Graece abundantanter dicitur καλέεσθαι σύνομα, quo
provocat Stein, nihil facit ad rem. Ceterum τοῦνομα pro τῷ
σύνομα illegitimam crasin esse rectissime contendit Dindorf.

II 43. καὶ μὴν (recte Dindorf pro μὲν) ὅτι γε οὐ παρ' Ἐλ-
λήνων ἔλαβον τὸ σύνομα [τοῦ Ἡρακλέος del. Cobet] ἀλλὰ "Ἐλ-
λήνες μᾶλλον παρ' Αἰγυπτίων καὶ Ἐλλήνων οὗτοι οἱ θέμενοι τῷ
Ἀμφιτρύωνος γόνῳ σύνομα Ἡρακλέα, πολλὰ μοι καὶ ἄλλα τεκ-
μήριά ἔστι [τοῦτο οὕτω ἔχειν del. Cob.]. Ad epexegesin τῶν
Ἐλλήνων πτέ. cf. v. c. I 102, sed absurde me iudice hic
additur οὗτοι, quod aut delendum aut mutandum in αὐτοῖς,
ut H. dicat: et Graecorum ii ipsi, qui Amphitryo-
nis filium Herculem appellarunt.

II 44. καὶ ἐν αὐτῷ (in templo Herculis Tyrii) ἥσαν στῆλαι
δύο, οἱ μὲν χρυσοῦ ἀπέφθου, οἱ δὲ σμαράγδου λίθου λάμποντος τὰς
νύκτας μέγαθος. Ingeniosius quam verius Reiske sub deprava-
tata voce laterē coniecit μέγα φῶς, nam non solum poetici
hoc foret sermonis, pro quo H., qui φῶς potius dixisset
quam φῶς, scripsisset λάμποντος μέγα, sed etiam appareat
ex Theophraste de lapid. c. 25, qui procul dubio h. l. habuit
ante oculos, H. scripsisse quod respondeat vocabulo Attico
εὑμεγέθης. Unde suspicarer Herodoto reddendum esse <εὐ>-
μεγάθεος, pro quo praeter Theophrastem λίθος εὑμεγέθης ex
Aristophanis Pluto 534 afferri posset, modo scirem id voca-
bulum non alienum esse a sermone Herodoti, cui potius
tribuerim σμαράγδου λίθου — μεγάθει μεγάλου, cl. I 51
κρητῆρας δύο μεγάθει μεγάλους. Cf. V 31, al.

II 45 init. Λέγουσι δὲ πολλὰ καὶ ἄλλα ἀΝΕΠΙσκέπτως οἱ Ἑλλῆνες. Inconsiderate, si recte memini, Graecis est ἀΠΕΡΙσκέπτως.

II 46 extr. Ἐγένετο δ' ἐν τῷ νομῷ τούτῳ ἐπ' ἔμεν τοῦτο τὸ τέρας· γυναικὶ τράχος ἐμίσγετο ἀναφυνδόν. τοῦτο ἐσ ἐπίδεξιν ἀνθρώπων ἀπίκετο. Non sine causa Schwh. in lexico Herod. de voce ἐπίδεξις agens de hoc loco dixit „haud satis liquida scriptoris sententia.” Res quae palam fit, nullo modo dici potuit ἀπικέσθαι εἰς ἐπίδεξιν. Equidem temporis punctum non dubito quin parva lineola fefellerit antiquitus librarii oculos. Nempe historiae parens scripserat τοῦτο ἐσ ἐπίλεξιν ἀνθρώπων ἀπίκετο, i. e. εἰς Φροντίδα, εἰς ἐνθυμίαν. Voluit enim scriptor: Terruit homines eius portenti religio. Non quidem ignoro substantivum ἐπίλεξις eo sensu hodie nusquam reperiri, sed exstisset tamen fidem facit usus Herodoteus verbi ἐπιλέγεσθαι, quod primum significat secum reputare, deinde curare, non exclusa metuendi et sollicitudinis notione. Vide Schweighauseri annotationem ad VII 149 et eundem in lexico s. v. pag. 259 b. Quod attinet ad locutionem ἀπικέσθαι ἐσ ἐπίλεξιν, apte contuleris I 193 καὶ τὰ εἰρημένα καρπῶν ἐχόμενα ἐσ ἀπιστίην πολλὴν ἀπίκται, sc. τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι ἐσ τὴν Βαβυλωνίην. — Si acu rem tetigi, probabile est iam aetate Alexandrina hanc corruptelam Herodoti libros invasisse, siquidem nulla exstat apud grammaticos huius substantivi sic usurpati¹⁾ memoria.

II 51. ταῦτα μέν νυν καὶ ἄλλα πρὸς τούτοις, τὰ ἐγώ Φράστω, "Ἑλλῆνες ἀπ' Αἴγυπτίων <μαθόντες> νεομίκασι, τοῦ δὲ Ἐρμέω τὰ ἀγάλματα δρόθ ἔχειν τὰ αἰδοῖα [ποιεῦντες] οὐκ ἀπ' Αἴγυπτίων [μεμαθήκασι], ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν πρῶτοι μὲν Ἑλλήνων ἀπάντων Ἀθηναῖοι παραλαβόντες (= μαθόντες), παρὰ δὲ τούτων ἄλλοι. Sic inserto μαθόντες et deletis quae seclusi, locus aptius decurrit.

1) Comparetur vernacula vox bedenkelijk he id.

Si ποιεῦντες genuinum est, praegredi debuit ὅρθὰ ἔχοντα τὰ αἰδοῖα, quam scripturam utique requiro in iis quae leguntur in fine capititis: ὅρθὰ ὃν ἔχειν τὰ αἰδοῖα τάγδιλατα τοῦ Ἐρμέω Ἀθηναῖοι πρῶτοι Ἑλλήνων, μαθόντες παρὰ Πελασγῶν, ἐποιήσαντο. Similiter priore loco possit: ὅρθὰ ἔχοντα τὰ αἰδοῖα ποιεῦσι, οὐκ ἀπ' Αἰγυπτίων, ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν κτέ. Quod fortasse praestat. Sed utrobique sufficiat ὅρθὰ ἔχοντα αἰδοῖα.

II 52 init. ἐπωνυμίην δὲ οὐδὲ ὄνομα (l. οὔνομα) ἐποιεύντο οὐδενὶ αὐτῶν. Constans usus suadet ἐτίθεντο.

Post pauca deleatur ἐπύθουντο male repetitum post ὑστερον πολλῷ.

Paucis intermissis dubito de sanitate verborum ἐπεὶ ὃν ἐχρηστηρίαζοντο, ubi ἐπεὶ contra usum scriptoris est temporale, quo sensu adhibere solet ἐπεὶ τε. Nisi fallor, ἐπεὶ ei est tantum causale, quo sensu numquam posuit ἐπεὶ τε. Recte habet, ut hoc utar, ἐπεὶ 57 extr. ἐπεὶ τέῳ τρόπῳ ὃν (l. cum Cobeto τέῳ ὃν τρόπῳ) πελειας γε ἀνθρωπη Φωνῇ Φλέγξατο, recte etiam III 57 init.; ubi verte quoniam. Cf. IV 43. 50. VIII 111. IX 84. al. Hic vero requiro ἐπεὶ τε et IV 10 et VIII 67 bis et VIII 68 et aliis fortasse locis. Quam in rem futurus editor diligenter velim inquirat.

II 55. ίζομένην δέ μιν (τὴν πελειάδα) ἐπὶ Φιγὸν αὐδάξασθαι Φωνῇ ἀνθρωπηίᾳ ὡς χρέων εἴη μαντήιον αὐτόθι Δίδε γενέσθαι, καὶ αὐτοὺς ὑπολαβεῖν θεῖον εἶναι τὸ ἐπαγγελλόμενον αὐτοῖσι, καὶ σφέας ἐκ τούτου ποιῆσαι. Valde supine nec stilo Herodoteo haec scripta sunt. Deleto glossemate καὶ αὐτούς, transponendo corrige sodes: καὶ σφέας, ὑπολαβεῖν <γάρ> θεῖον εἶναι τὸ ἐπαγγελλόμενον αὐτοῖσι, ἐκ τούτου ποιῆσαι (scil. μαντήιον αὐτόι).

II 56. πρηθῆναι ἐς Θεσπρωτούς, ἐπειτεν δουλεύουστα αὐτόθι; ἕδρυσασθαι ὑπὸ Φιγῷ πεφυκυῖη Δίδε ἵρον. Non intelligo cur H. addiderit πεφυκυῖας, nisi transponatur: ὑπὸ Φιγῷ αὐτόθι πεφυκυῖη (vel πεφυκυῖη αὐτόθι) Δίδε ἵρον. Certe non persuasit mihi Stein adnotans „unter einer natürlichen,

„wirklichen Buche, in Gegensatz zu der bildlich aufzufassenden Taube.“ Quercum Dodonaeam re vera exstitisse, omnes Graeci noverant, ut arbitror, risissentque Herodotum eiusmodi quid docentem. In praegressis καὶ τὴν μὲν αὐτέων ἐς Λιβύην, τὴν δὲ ἐς [τὴν] Ἐλλάδα articulum delendum esse una cum concinnitate auris admonet.

II 58 extr. νεωστὶ ἐποιήθησαν (πανηγύριες καὶ πομπαὶ καὶ προσαγωγαί). Quippe Herodotus nihil de his apud Homerum Hesiodumque legerat.

II 62 init. τῆσι θυσίησι. Dativus temporalis. Vide exempla huius usus quae ex titulis collegi in Lapid. test. de dial. Att. pag. 47. Versus finem capitinis requiro: καλουσι καὶ πάντες [τὰ] λύχνα, deleto articulo.

II 65, 3. Νόμος δέ ἔστι περὶ τῶν θυρίων ὃδε ἔχων. μελεδῶνοι ἀποδεδέχαται τῆς τροφῆς χωρὶς ἐκάστων, καὶ ἔρσενες καὶ θήλεαι τῶν Αἰγυπτίων, τῶν παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδέκεται τὴν τιμὴν. Nescio an diligentius H. scripserit τῶν παῖς παρὰ πατρὸς < καὶ μητρὸς > ἐνδέκεται τὴν τιμὴν. Facile post πρὸς excidit compendium μηδὲς.

II 67. τὰς δὲ ἄρκτους ἐούσας σπανίας (nulla ursuum in Aegyptiorum monumentis esse fertur effigies) καὶ τοὺς λύκους οὐ πολλῷ τεῳ ἐόντας ἀλωπέκων μέζονας αὐτοῦ θάπτουσι. Intelligendi videntur schakali, quibus neque Graece neque Latine est proprium nomen. Cum hoc loco componatur III 102, 2 ubi formicae Indicae describuntur μεγάθεα ἔχοντες ΚυΝᾶν μὲν ἐλάσσονα, ἀλωπέκων δὲ μέζονα. Canes, quorum tot iam antiquitus erant genera magnitudine diversissima, parum idoneam praebent mensuram, quare non dubito quin H. ibi scripserit Λύκων, qui cum vulpibus multo maiores sint, H. schakalos describens II 67 dixit: λύκους οὐ πολλῷ τεῳ ἐόντας ἀλωπέκων μέζονας.

II 70 init. Ἐπεὰν νῶτον ὅδε δελεᾶθη περὶ ἀγκιστρον. Cum verbum δελεᾶζειν accurate respondeat verbo Latino in es-

care, absurde sic scribitur. Dederat H. δέλεαP Θῆ. Subiectum (δὸηρευτῆς) more suo in talibus scriptor non addidit, et interpreti tribuerim quod mox § 2 additur verbis: ἐπεὰν δὲ ἔξελκυσθῆ ἐσ γῆν, πρῶτον ἀπάντων [δὸηρευτῆς] πηλῷ καὶ τὸν ἐπλαστε αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς. De hac scribendi consuetudine cf. I 132. 195. II 38. 47. IV 22. 67 extr. 172 extr. V 16 extr. VI 119 med.

II 73, 2. De ibi legimus: τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν, τὰ δὲ ἐρυθρά. Permire dictum, quia avibus comae sunt nullae. Suspicio χρυσόχροα aut potius χρυσοχρόεα, ut II 104 est ὅτι μελάγχροες εἰσὶ καὶ οὐλότριχες.

II 77, 3. εἰσὶ μὲν γὰρ καὶ ἄλλως Αἰγύπτιοι μετὰ Λίβυας ὑγιηρέστατοι πάντων ἀνθρώπων τῶν ὡρέων ἐμοὶ δοκέειν εἶνεκεν, ὅτι οὐ μεταλλάσσουσι [κι ὄραι]. Puerile emblema Cobeti, qui multa similia merito delevit, effugit diligentiam.

II 78. περιφέρει ἀνὴρ νεκρὸν ἐν σορῷ ἔντλινον πεποιημένον. Gracuum est aut ἔντλινον sine participio aut ἔντλου πεποιημένον, quod Herodotus dedisse videtur.

II 79 init. τοῖσι ἄλλα τε ἐπάξιά ἐστι νόμιμα καὶ δὴ καὶ ἀεισμα ἐν [έστι dele] Λίνος. Optime mox post verba ἐν δὲ δὴ καὶ τὸν Λίνον ὁκόθεν ἔλαβον iam Dindorf delevit τὸ οὖνομα, manifesto enim non de nomine agitur, sed de cantilena. Post pauca editur καὶ ἀοιδὴν τε ταύτην πρώτην καὶ μούνην σφίσι γενέσθαι, in quibus nullus locus est voculae TE, quam expungo adiuvante libro Vaticano, qui exhibet καὶ ἀοιδὴν τε ταύτην κτέ.

II 86 init. Εἰσὶ δὲ οἱ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέκται. Olent interpretem quae verba sequuntur καὶ τέχνην ἔχουσι ταύτην. In sequentibus καὶ τὴν μὲν σπουδαιοτάτην αὐτέων κτέ. dubitari potest num hanc superlativi formam admittat dialectus Herodotea. Nam I 8 omnes libri excepto P dederunt τὰ σπουδαιέστερα τῶν πρηγμάτων et I 133 optimi codices iterum testantur τὰ σπουδαιέστατα τῶν πρηγμάτων, unde facilis est

suspicio librarios hic et infra (*ῳδε τὰ σπουδαιοτάτα ταριχεύουσι*) intulisse notiores sibi formas pro *σπουδαιεστάτην* et *σπουδαιεστάτα*, quas Herodoto reddiderim.

II 89 init. Τὰς δὲ γυναικας — οὐ παραντίνα δίδοῦσι ταριχεύειν, οὐδὲ ὅσαι ἀν ἔωσι εὔειδέες κάρτα καὶ λόγου πλεῦνος [*γυναικες delei*]· ἀλλ' ἐπεὰν τριταῖαι ἢ τεταρταῖαι γένιωνται, οὗτα παραδίδοῦσι τοῖσι ταριχεύουσι. Corrige sodes: ΑΠΟγένωνται, i. e. *τελευτήσωσι*, tertio vel quarto die post mortem. Ad hunc verbi usum cf. II 85. 136. III 111. V 111.

II 90 init. ὃς δ' ἀν — ὑπὸ κροκοδέλου ἀρπασθεὶς ἢ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ Φαίνηται τεθνεώς. Cobet „Sic recte „R. ἀρπασθεὶς. In AB est ἀρπαχθεὶς, quae neque Ionica neque „Attica forma est.” Evidem tamen pravam formam, correctam in codice Romano, non eripiam Graeculo, quem non intellegentem H. iunxisse ὑπὸ κροκοδέλου ἢ ὑπ' αὐτοῦ ποταμοῦ τεθνεώς de suo interpolasse participium, declarat ipsa verborum compositio, quae additum non fert ἀρπασθεὶς. Nam sin minus, historicus dedisset inverso verborum ordine τεθνεώς (vel potius θανάν) Φαίνηται. Quantocius igitur deleatur ἀρπασθεὶς.

II 91, 2. τὰ δὲ πρόπυλα τοῦ ἵροῦ. Non est *πρόπυλα* vocabulum Graecum, sed *προπύλα<ια>*, quo cum ceteris omnibus saepissime utitur noster. Illud nusquam alibi, ne apud grammaticos quidem, lectum est et mero calami lapsu natum.

II 93, 3. Verba egregie absurdula εἰσὶ δὲ οἱ κέγχροι οὗτοι ἵθυες sciolo potius tribuam quam Herodoto. Deinde in verbis ἐκ δὲ τῶν περιγινομένων καὶ μὴ καταπινομένων κέγχρων οἱ τρεφόμενοι ἵθυες γένονται subdubito genuina esse verba otiosa καὶ — καταπινομένων, sed multo certius esse arbitror § 3 ἐγχριμπτόμενοι [καὶ φαύοντες] ὡς μάλιστα quae seclusi esse interpretis. Hesychius ἐγχριμψαι πλησιάσαι, φαῦσαι, ἐγγίσαι. Herodotus saltem more suo dedisset ἐγχριμπτόμενοι <*τε*> καὶ φαύοντες. Glossema ἄγρια post αὐτόματα II 94 iam ante

me expunxit Cobet p. 138, et ante Cobetum Mehler Mnem. V 74, ad quem locum falsa disputat Stein in ed. Weidm. Ceterum ab usu τῶν ἴσοδυνάμων et synonymorum minime aversus est Herodotus, sed semper ea iunxit particulis τε καὶ. IV 115 φόβος τε καὶ δέος. VI 61 φόβοις τε καὶ ἄγη. VIII 69 ἀγέρμενοι τε καὶ φθονέοντες VIII 77 δέος τε καὶ ἀρρωδίη. VIII 101 ἔχαρη τε καὶ ἥσθη. VI 67 ἐπὶ γέλωτι τε καὶ λάσθη. I 69 ἀνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης. III 79 βοῆ τε καὶ πατάγῳ. VI 136 extr. σφακελίσαντός τε τοῦ μηροῦ καὶ σαπέντος. IV 161 χωλός τε ἐών οὐκ ἀρτίποντος aliaque quam plurima. Rectissime igitur Stein VI 109 requirit ταῦτα — ἐς σέ <τε> τένει καὶ ἐκ σέο ἥρτηται, aliisque loci eandem medelam expectant. Idem facit H. ubi iungit notiones cognatas ut τέννα τε καὶ γυναῖκες, idem in copulandis notionibus e regione oppositis, ut ἀμπωτίς τε καὶ ῥιζή. Magis autem mireris eum scribendi usum (modo sit genuinus) quo iisdem particulis ambo termini iunguntur velut VII 100 extr. ubi est ἐντός τε τῶν πρῷέων — καὶ τοῦ αἰγιαλοῦ. Cf. ibidem 33. 85. 200.

Ex iis quae disputavi sequitur III 85 med. corrigendum esse θάρσεί <τε> τούτου εἴνεκεν καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν, ut optime ex codd. editur I 120 θάρσεί τε τούτου εἴνεκεν καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν. De aliis suis locis vidimus et videbimus.

II 95 extr. Dubites num Herodotus eiusmodi δίκτυον s. ἀμφίβληστρον quale hic describit, oculis suis in Aegypto conspexerit. Non retibus piscatoriis, ut arbitror, a muscis cavebant dormientes, sed κωνωπεῖοις, ut hodieque populi meridionales omnes. Ambo confudit bonus Herodotus.

II 97, 2. Supplendum suspicor: τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς Αἰγύπτου πέλαγος γίνεται, αἱ δὲ πόλιες μοῦναι ὑπερέχουσι. πορθμεύονται ἦν, ἐπεὰν τοῦτο γένηται, οὐκέτι κατὰ τὰ ἡέεθρα τοῦ ποταμοῦ ἀλλὰ διὰ μέσου τοῦ πεδίου. ἐς μέν γε Μέμφιν ἐκ Ναυκάρατίος ἀναπλάσοντι παρ' αὐτὰς τὰς πυραμίδας γίνεται ὁ πλόος· ἔστι δὲ οὐκ οὕτος <καταπλάσοντι, scil. ἐκ Μέμφιος

ες Ναύκρατιν >, ἀλλὰ παρὰ τὸ δέξιν τοῦ Δέλτα καὶ παρὰ Κερκα-
σώρου πόλιν· εἰς δὲ Ναύκρατιν ἀπὸ θαλάσσης — πλέων ὑξεῖσ κατ'
"Ανθυλλαν. Inspicienti tabulam geographicam statim apparebit
cur sic ficerent. Nam ἀναπλώοντι a Naucrati Memphin cum
recta via ferebat παρ' αὐτὰς τὰς πυραμίδας tum a fluvio
remotior minus impediebatur fluctus vehementia. Contra τοῖς
καταπλώσις expediebat sequi quantum poterant Nili alveum
qui (cf. c. 15) κατὰ Κερκάσωρον σχίζεται εἰς τε Πηλούσιον βόεων
καὶ εἰς Κάνωβον, ibique efficit τὸ δέξιν τοῦ Δέλτα. Sic enim
decurrentis aquae vehementia adiuti quam celerrime Nau-
cratin pervenire poterant. Insuper fere malim: ἔστι δὲ οὐκ
ωντὸς καταπλώσις. Rectissime solus Vaticanus servavit οὐκ
pro οὐδ', quod reliqui libri exhibent.

II 100 extr. δῆψαι εἰς οἴκημα σποδοῦ πλέον. Expectes
κάμινον — πλένην, sed lenius requiro remedium.

II 101 init. τῶν δὲ ἄλλων βασιλέων οὐ γάρ ἔλεγον οὐδεμίαν
[ἔργων] ἀπόδεξιν κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος. Deleto emblemate
eum cod. Vaticano, iunge ἀπόδεξιν λαμπρότητος (i. e. λαμπρῶν
ἔργων), quod tam recte dicitur quam βώμην ἀποδέξασθαι VII
223, similia. Nihili est Steinii correctio καὶ οὐδὲν εἶναι λ.

II 104. Σύριοι δὲ οἱ περὶ Θερμάδοντα κτέ. Quia, ut recte
observat Stein, Syrii (teste Her. I 6. 72) habitabant ad orientem Halyos fluvii, non ad Thermodontem, apparent aliud populi
nomen excidisse. An forte Σύριοι δὲ <καὶ Παφλαγόνες> οἱ
περὶ Θερμάδοντα κτέ.?

II 106. Conieci: ἐκατέρωθι δὲ ἀνὴρ ἐνέγλυπται (Cobet pro
ἐγγέγλυπται) μέγαθος πέμπτης σπιθαμῆς, τῇ μὲν δεξιῇ χειρὶ¹
ἔχων αἰχμὴν τῇ δὲ ἀριστερῇ τόξα, καὶ τὸν ἄλλην σκευὴν ὀσταύτως·
καὶ γάρ Αἰγυπτίην καὶ Αἴθιοπίδα ἔχει· εἰ δὲ τοὺς<τέρου> ὄμοι
εἰς τὸν ἔτερον [ῷμον] διὰ τῶν στηθέων γράμματα ἵρᾳ Αἰγύπτιᾳ
διῆκει ἐγκεκολαμμένα, λέγοντα τάδε „ἐγώ τήνδε τὸν χώρην
ὄπλοισι (pro ὄμοισι certatim vv. dd.) τοῖσι ἐμοῖσι ἐκτησάμην.”

II 109 extr. δοκέει δέ μοι ἐνθεῦτεν γεωμετρίην εὑρεθεῖσα εἰς τὸν

ΕΛΛΑΔΑ ΕΠΑΝελθεῖν. Schweighäuser in lex. h. l. afferens „ἐπανέρχομαι apud nostrum non solum redire significat, „sed et simpliciter transire.” De tam abnormi usu, si verus esset, pluribus, opinor, constaret exemplis. Unicus vero testis etiam suspectior, quod ΕΠΑΝ facile nasci potuit e praegressis ductibus ΕΛΛΑΔΑ. Evidem legerim ἐς τὴν Ἐλλάδα ἐλθεῖν. Ceterum perrara sunt exempla verbi compositi cum praepositionibus ΕΠΑΝΑ apud Herodotum, ubi eae praepositiones more Atheniensium respondent praepositioni Latinae RE. Nam semel legitur VII 138 ἐπάνειμι ἐπὶ τὸν πρότερον λόγου, pro quo est ἀνειμι in simili formula I 140, semel I 91 οὐ συλλαβὼν τὸ ῥῆθεν, οὐδὲ ἐπανειρόμενος.

II 114. ἀντιπέμπει πρὸς ταῦτα δὲ Πρωτεὺς λέγοντα τάδε. Potuerat Herodotus scribere τὸν ἐρέοντα, sed scripsit λέγων τάδε, quod dittographia abiit in λέγοντα τάδε. Nova corruptela est in R. λέγοντας τάδε.

II 115, 7. εἰρώτα τίς εἴη καὶ ὁκόθεν πλέοι. Cobet ad I 35 hanc scribendi anomaliam Herodoto abiudicat. Stein ibi praeter h. l. affert III 156. IV 145. VII 234, et, quod aliquanto plus me movet, Homeri locum Od. α 170, qui propter metrum vitiari non potuit.

II 117. οὐχ ἄκιστα, ἀλλὰ μάλιστα. Hanc abundantiam prorsus esse stili Herodotei non potest melius apparere quam ex loco III 69 extr. Μαθοῦσα δὲ οὐ χαλεπῶς, ἀλλ’ εὐπετέως οὐκ ἔχοντα τὸν ἄνδρα ἄτα, ubi nemo grammaticus interpolaturus erat ἀλλ’ εὐπετέως. Vide etiam ex multis similibus locis V 55 οὐδὲν ἔστον ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τὸν νηὸν μισθοῦντα — τὸν νῦν ἔστα, τότε δὲ οὐκω οἰκοδομῆσαι.

II 120, 1. Necessario supplendum: ἄστε — τῇ πόλι κινδυνεύειν <ἀν> ἐβούλοντο.

II 121, α). Βουλόμενον δὲ αὐτὸν ἐν ἀσφαλείᾳ τὰ χρήματα θησαυρίζειν. Requiero ἐν ἀσφαλείᾳ, i. e. ἀσφαλέᾳ. Prope finem male editur ἀδείην pro ἀδειαν, ut recte dedit Dindorf e libris.

Paullo ante non toleranda est in Ionico scriptore Attica crasis τάνθρώπου pro τῷ νθρώπου.

II 122. ἐσ τὸν οἱ Ἔλληνες δίδην νομίζουσι [εἰναι]. Infinitivum recte omisit qui locum affert Athenaeus pag. 410. Insuper malim οὐ νομάζουσι.

II 123. τούτῳ τῷ λόγῳ (de metempsychosi sermo est) εἰσὶ οἱ Ἐλλήνων ἔχρισταντο οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον. Apposite Stein attulit locum Empedoclis ex Καθαρμοῖς:

Ἐῦτέ τις ἀμπλακίησι φόνῳ φίλα γυῖα μιῆνη,
ἢ δει καὶ ἐπίορκον ἀμαρτήσας ἐπομόσση
δαίμων κτέ.

Non potuit vetustissimus poeta uti forma semibarbara ἀμαρτήσας pro ἀμαρτών, quales decrepita Graecia coepit usurpare, sed scripsit, si mihi credis:

ἢ δει καὶ ἐπίορκον ἀμάρτῃ <ὅρκον> δμόσσας.

Apud eundem vs. 369:

ἔστιν Ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν, κτέ.
nondum me poenitet olim proposuisse ρῆμα, ut sit fātūm,
effatūm.

Prope capitinis finem, ut ad Herodotum revertar, pro πετεινά in codice R est πτηνά, et C voci πετεινά suprascriptum habet H. Reddatur nostro forma Ionica πτηνά, quam optimi libri AB tuerunt in loco III 106, ubi iterum male praelata est forma Attica. Nempe Attica sunt πτηνά et πετεινά, Ionicum πτηνά, Epicum πετεινά.

II 125, 3. εἴ τε καὶ τὴν αὐτὴν μηχανὴν ἐօσταν μίαν τε καὶ εὐβάστακτον μετεφόρεον ἐπὶ στοῖχον ἔκαστον, ὅκως τὸν λίθον ἐξέλοιεν. Melius intellegam ἔλκοιεν, ut praecedit ἀπὸ δὲ τούτου δὲ ἐπὶ τὸν δεύτερον εἴλκετο στοῖχον ἐπ' ἄλλης μηχανῆς. Similiter corrigendus videtur locus V 33: τοῦτον δῆσαι διὰ θαλαμῆς διελόντας τῆς νεδὲ κατὰ τοῦτο ἐξώ μὲν κεφαλὴν ποιεῦντας ἐσω δὲ τὸ σῶμα, ubi Wesselingi coniectura διελῶντας pecat contra Graecitatem. Nam ἔλæν ubique est Futurum. Cf.

I 207. VII 8. 10. V 52 cett. Melius coniectum est διείροντας,
sed leniore manu corrigas διέλ<κ>οντας.

II 127, 3. ὑποδείμας δὲ τὸν πρῶτον δόμον λίθου Αἰθιοπικοῦ ποιήσου, τεστεράκοντα πόδας ὑποβάς [τῆς ἐτέρης τωύτῳ μέγαθος] ἔχομένην τῆς μεγάλης οἰκοδόμησε. Stein „τωυτὸ μέγαθος „ist verderbt, oder durch eine Lücke bezuglos geworden. „Auch τῆς μεγάλης gleich nach τῆς ἐτέρης ist auffallend.“ Hoc video deletis verbis τῆς — μέγαθος locum apte decurrere. Num forte insolitum illud ὑποβάς peperit interpretationem τῆς ἐτέρης κατὰ τὸ μέγαθος?

II 129, 3. ἔόντι δὲ ἡπίω τῷ Μυκερίνῳ κατὰ τοὺς πολιάτας. Permire dictum pro πρός, quod nescio an substituendum sit. Eandem confusionem nuper notavi in duobus locis Thucydideis Mnem. XI p. 63. Suspectum quoque κατά Herod. VII 145 τοὺς κατ' ἀλλήλους ἔόντας πολέμους, ubi similiter expectes πρός.

Ibidem § 4 καὶ βουλόμενον περισσότερόν τι των ἄλλων θάψαι τὴν θυγατέρα, ποιήσασθαι βοῦν ξυλίνην κοίλην, καὶ ἔπειτεν καταχρισώσαντά μιν τάχυτην ἐν αὐτῇ θάψαι [ταύτην δὴ τὴν ἀποθανοῦσαν θυγατέρα]. Verbosum esse scio Herodotum, sed fieri tamen nequit ut praegresso ταύτην ipse haec verba addiderit.

II 133. ἐλθεῖν οἱ μαντήιον ἐκ Βουτοῦς πόλιος ὡς μέλλοι ἔξ ἔτεα μόνον βιοὺς τῷ ἐβδόμῳ τελευτήσειν. Expectes ἐπιβιοὺς, aut lenius ἔξ <ἔτι> ἔτεα μόνον βιοὺς κτέ. Post pauca suppleverim: ἐκ δὲ τοῦ χρηστηρίου αὐτῷ δεύτερα ἐλθεῖν <ἔπεια> λέγοντα τούτων εἰνεκεν καὶ συνταχύνειν αὐτὸν τὸν βίον, nam ἔπεια audiri posse nego.

II 135, 3. ἔπειθύμησε γὰρ Ἱρδᾶπις μνημήιον ἐωυτῆς ἐν τῇ Ἑλλάδι καταλιπέσθαι, κτέ. In perfrequenti apud nostrum locutione λιπέσθαι sive καταλιπέσθαι μνημήιον s. μνημόσυνον, ut par est propter verbum medium, Herodotus non solet addere pronomen reflexivum, quod praeter h. l. semel adscriptum vidi IV 166, aliena manu, ut arbitror, utrobique.

Optime, ut hoc utar, additur eodem loco in verbis τοῦτο ἀναθεῖναι ἐς Δελφοὺς μημόσυνον ἔωστῆς, optime quoque addetur, si pro καταλιπέσθαι scriptum esset καταλιπεῖν, ut est v. c. apud Platonem Rep. X p. 599 B καὶ πειρᾶτ' ἀν πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα ἔστοι καταλιπεῖν μημεῖα, qui paulo post sub C scribens η τίνας μαθητὰς ἵστρικῆς κατελίπετο recte non addidit ἔστοι.

Paucis intermissis, corrigatur: τῆς ἀν δεκάτης τῶν χρημάτων ποιησαμένη ὁβελοὺς βουπόρους πολλοὺς σιδηρέους, δσους (pro δσον) ἐνεχώρεε [ἢ δεκάτη dele] οἱ, ἀπέπεμπε ἐς Δελφούς, i. e. quot poterat, ut ἐνεχώρεε sit verbum impersonale = ἐνεδέχετο.

In sequentibus legerim: Φιλέουσι δέ κας ἐν τῇ Ναυκράτι ἐπαφρόδιτοι γενέσθαι [αἱ dele] ἐταῖραι· τοῦτο μὲν γὰρ αὗτη, τῆς πέρι λέγεται ὅδε ὁ λόγος, οὕτω δή τι κλεινὴ ἐγένετο ὡς (corrige ὥστε) καὶ πάντες οἱ Ἐλληνες 'Ροδάπιος τὸ οὔνομα ἐξέμαχον· τοῦτο δὲ ὑστερον ταύτης <ἐτέρη>, τῇ οὔνομα ἦν Ἀρχεδίκη, ἀοίδιμος <μὲν> ἀνὰ τὴν Ἐλλάδα ἐγένετο, ἕστον δὲ τῆς ἐτέρης περιλεσχήνευτος.

II 137 extr. ὑψηλέων δὲ καὶ ἐτερέων γενομενέων ἐν τῇ Αἰγαίῳ πολιών, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ μάλιστα ἢ ἐν Βουβάστι πόλι εἶναί τοι, ἐν τῇ καὶ ιρόν ἐστι Βουβάστιος κτέ. Perdurum est intelligere ἢ ἐν Βουβ. π. γῆ, quod substantivum omittitur tantummodo ubi significat χώρην, nec iungi solet cum composito verbo ἐκχοῦν, sed cum simplici χοῦν. Audacter rescripserim ἢ Βουβάστις πόλις, quod labem suscepisse videtur ex interpretamento ἐν Βουβάστι πόλι adscripto olim a ludimastro ad verba sequentia ἐν τῇ. In praegressis nescio an verius legeris: καὶ οὕτω ἔτι αἱ πόλιες ἐγένοντο ὑψηλότεραι· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον <ἐξ>εχώσθησαν κτέ.

I 141, l. τὸν ἐν ἀλογίησι ἔχειν παραχρησάμενον τὸν μαχίμων Αἰγαίων, ὡς οὐδὲν δειγόμενον αὐτὸν. Cum genetivus ferri nequeat, nec lenissima sit emendatio τοὺς μαχίμους,

haud scio an corrigendum sit τὸ μάχιμον, collective dictum ut II 165 extr. VII 186, alibi. Fieri potest ut glossema τῶν μαχίμων adscriptum ad sequens αὐτῶν huic quoque corruptelae ansam dederint.

II 141 vers. fin. ἐνθυῖται ἀπικομένου (recte Bekker pro ἀπικομένους), τοῖσι ἐν αντίοισι [αὐτοῖσι del. Reiske] ἐπιχυθένταις κτέ. Admodum mihi suspecta est in Herodoto haec Attica forma vocabuli pro ἀντίοισι. Ni egregie fallor, noster neque ἐναντίος dixit neque ἐναντιοῦσθαι neque ἐναντία, quae formae rarissime fiunt obviam pro ἀντίος, ἀντία, ἀντιοῦσθαι, quae sunt admodum frequentes. Similiter καταντίον est Herodoteum, non κατεναντίον, quod nusquam, ἀπαντίον, non ἀπεναντίον, quod semel, sed iniuria, legitur VII 55.

II 148, 2. Supplendum videtur: εἰ γάρ τις τὰ ἐξ Ἑλλήνων τείχεα τε καὶ ἔργων ἀπόδεξιν συλλογίσαιτο, ἐλάσσονος πόνου τε ἀν καὶ δαπάνης Φανεῖ ἔοντα <α', i. e. ἐνδε> τοῦ λαβυρίνθου τούτου.

II 149, 1. ἡ Μοίριος — λίμνη — τῆς τὸ περίμετρον τῆς περιόδου εἰσὶ στάδιοι ἑξακόσιοι καὶ τρισχίλιοι. Suspectum habeo quod otiose additur τῆς περιόδου. Cf. I 185 et II 41. Non ita offenderem, si legeretur τὸ μέτρον τῆς περιόδου.

II 156, 4. Ἀπόλλωνα δὲ καὶ "Αρτεμιν Διονύσου καὶ "Ισιος λέγουσι εἶναι παιδίας, Λητοῦν δὲ τροφὸν αὐτοῖς καὶ σώτειραν. Memorabile hoc est, quod omnes hucusque criticos fefelleris permiror, exemplum glossematis introducti in textum pro genuino, quod explicabatur, vocabulo. Nihil enim certius esse potest quam H. scripsisse Δήμητρος pro "Ισιος, quod ipse prodit hac animadversione: Αἰγυπτιστὶ δὲ Ἀπόλλων μὲν Ὄρος, Δημήτηρ δὲ Ἰσις, Ἀρτεμις δὲ Βούβαστις.

II 161 extr. δοκέοντες τὸν Ἀπρίνην ἐκ προνοίης αὐτοὺς ἀποέμψαι ἐσ φαινόμενον κακόν. Longe usitatius est eo sensu πρόσπτον (προύπτον), quod scriptor usurpavit IX 17. Hesychius προύπτον πρόδηλον, Φανερόν.

II 164 sqq. Sola τῶν ἐπικούρων mentio in praegressis ansam dedisse videtur huic expositioni de populi Aegyptiaci ordinibus. Προσθήκας (ἐκβολὰς diceret Thucydides, παρειθάσεις sequiores) γάρ μοι δὲ λόγος ἐξ ἀρχῆς ἔδιξητο scribit IV 30.

II 173, 2. τὰ τέξα — ἐκραγεῖν ἄν. Immo διαρραγεῖν. Verbo ἐκραγῆναι suus locus est VI 129 extr.

II 178, 1. Requiero: τοῖσι δὲ μὴ βουλομένοισι αὐτῶν <ἐν>-οικεῖν, αὐτόσε (pro αὐτοῦ) δὲ ναυτιλλομένοισι ἔδωκε χώρους ἐνιδρύσασθαι βωμοὺς καὶ τεμένεα θεοῖσι.

II 181. ὅπότε ἔλθοι πρὸς αὐτὴν ἐμίσγετο. Hoc sensu Graecum est παρ' αὐτὴν.


Si quid ex iis quae in reliquum Herodoti opus annotavi reliquum mihi fecerit maius acumen et uberior doctrina, quod quidem operaे pretium esse videatur, erit id novae commentationis argumentum. Nunc manum de tabula.

A D D E N D U M.

Pag. 22, adn. ad I, 165 extr. Ab Herodoto PHILOSTRATUS cum alia mutuatus est, tum hunc usum vocabuli ἥθη. Hinc corrigatur locus ex Apollinii Tyanensis vita I 23 p. 14 (in Kayseri ed. Teubn. est I, 24): *ἰχθὺς ἐκπεπτωκότες τῆς θαλάττης ἐν τῇ γῇ ἡσπαῖρον θρῆνον ἀνθρώπων ιέντες καὶ διοφυρόμενοι τὸ ἐκβεβηκέναι ΤΟΥΤΗΘΩΝ.* Nam Philostratus scripsisse videtur ΤΩΝ ΗΘΩΝ. Ex ipsa Apollonii vita vide pag. 57. 182. 209. 210. 322 ed. Kays.

LOCI IN TRANSCURSU TENTATI.

EMPEDOCLES ἐν Καθηρμοῖς	pag. 43
EURIPIDES, Rhes. 290	" 10
HESYCHIUS s. v. ἐντριβῆναι	" 7
Hymnus Hom. in Tellurem 9 sq.	" 11
PHILOSTRATUS, vit. Apoll. I 23, p. 14	" 47
HERODOTUS III 102	" 37
" IV 191	" 26
" V 33.	" 43
" VI 13.	" 11
" VII 120	" 7
" VII 140	" 12
" VII 157	" 29
" VII 220	" 12 sq.
" VIII 16.	" 16



Verkrijgbaar bij J. L. BEIJERS te Utrecht.

Dr. H. van Herwerden , <i>Analecta critica ad Thucydidem, Lysiam, Sophoclem, Aristophanem et comicorum Graecorum fragmenta</i>	f 0,90
—, <i>Animadversiones philologicae ad Theognidem. Accedunt miscellanea critica in lyricos Graecos</i>	1,—
—, <i>Exercitationes criticae in poeticis et prosaicis quibusdam Atticorum monumentis. Accedit descriptio codicis Ambrosiani, quo continetur fragmentum onomastici Pollicis, eum praeципuarum lectionum elenco</i>	” 2,70
—, <i>Spicilegium Vaticanum continens novas lectiones in hist. Graecorum excerpta, quae primus edidit Ang. Maius, prolatas e palimpsesto Vaticano denuo excusso additis commentariis criticis cum in reliquorum tum in Diodori, etiam quae alibi extant, excerpta</i>	” 2,40
—, <i>Studia Thucydidea. Accedunt analecta scenica</i>	” 2,45
—, <i>Plutarchea et Luciane cum nova Marciani codicis collatione</i>	” 1,25
—, <i>Oratio de moribus Graecorum aetate Homerica</i>	” 0,80
—, <i>Lapidum de dialecto attica testimonia</i>	” 0,90

Dr. W. H. van de Sande Bakhuyzen , <i>De parodia in comoediis Aristophanis. Locos ubi Aristophanes verbis epicorum, lyricorum, tragicorum utitur, collegit et illustravit</i>	” 3,—
--	-------

Dr. H. Th. Karsten , <i>Commentatio critica de Platonis quae feruntur epistolis, praecipue tertia, septima et octava</i>	” 1,25
---	--------

Dr. A. G. H. P. van den Es , <i>Commentatio de Demosthenis Midiana</i>	” 0,60
---	--------

Montanus de Haan Hettema , <i>Idioticon Frisicum. Friesch-Latijnsch-Nederlandsch Woordenboek, uit oude handschriften bijeenverzameld</i>	” 8,40
---	--------